





1774,4  
601  
16

DISSERTATIO INAUGURALIS  
OBSERVATIONES  
DE  
CIVITATIBVS IMPERIALIBVS  
SPECIATIM  
*V L M A*  
S V B  
RVDOLPHO I. ROM. REGE  
EXHIBENS

---

QVAM  
ILLVSTRIS IVRE CONSVLTORVM ORDINIS  
AVCTORITATE

PRO  
SVMMIS IN VTROQUE IVRE HONORIBVS  
CAPESSENDIS

AD D. XXVII. AVGUSTI MDCCCLXXIV  
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS  
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI  
S V B M I T T I T

A V C T O R  
IOANNES HENRICVS PRIESER  
VLMANVS

ILLVSTR. REIPUBLICAE PATRIAE CONSILIARIVS DESIGNATVS  
ET SOCIETAT. DVCAL. TEVTON. HELMSTAD.  
COLLEGA HONORARIUS.

---

HELMSTADII  
LITTERIS VIDVAE P. D. SCHNORRII, ACAD. TYPOGR.



VIRIS  
PERILLVSTRBVS GENEROSISSIMIS  
MAXIME STRENVIS  
M A G N I F I C I S  
PRAENOBILISSIMIS AMPLISSIMIS  
PRVDENTISSLIMIS  
S. R. I.  
ILLVSTRIS ET LIBERAE REIPVBLCIAE  
VLMANAE  
PROCERIBVS  
SPLENDIDISSIMIS  
Dn. Dn. Dn.  
DUUMVIRIS  
CONSULIBUS  
SECRETORIS CONSILII  
ADSESSORIBUS  
ET  
RELIQVIS INCLVTI SENATVS  
MEMBRIS  
LONGE SPECTATISSIMIS  
GENTILITIARVM IMAGINVM ANTIQVITATE  
MVLTIPLICI DIGNITATVM CVLMINE  
GRAVITATE PIETATE  
AETERNISQUE IN REM PVBLICAM MERITIS  
EMINENTISSLIMIS

PATRIAE PATRIBVS  
VIGILANTISSIMIS  
DOMINIS SVIS GRATIOSISSIMIS  
MAECENATIBVS SVMMIS  
EVERGETIS LONGE MVNIFICENTISSIMIS  
STVDIORVM SVORVM  
PROMOTORIBVS MAXIMIS  
H A N C  
DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM  
I N  
DEVOTISSIMAE MENTIS ATQVE OBSERVANTIAE  
MONUMENTVM  
SVMMORVMQVE BENEFICIORVM  
INPRIMIS  
MVNERIS CONSILIARIII PERQVAM GRATIOSE DELATI  
GRATISSIMAM ET SEMPITERNAM MEMORIAM  
SPEMQVE DV RATV RI PATROCINII

EA QVA PAR EST PIETATE AC SVBMISSIONE

D. D. D.

IOANNES HENRICVS PRIESER.



Q. D. B. V.

Observationes  
de  
*Ciuitatibus Imperialibus,*  
speciatim  
V L M A  
*sub*  
RVDOLPHO I. Roman. Rege;

Prolusio.

ANIMVS mihi quidem ab initio fuit, thema  
de Ciuitatibus Imperialibus sub RVDOL-  
PHO I. ordine quodam systematico et in  
toto suo, quo patet, ambitu ita pertracta-  
re, vt vno quasi obtuitu, habita tempo-  
rum ratione, proprius earum tam temporis status,  
ab hodierno tot nominibus diuersus, perspici queat.  
Sed vt alias, quae huic proposito executioni man-  
dando sese opposuere, difficultates taceam, tum vires  
A operi

operi tam arduo digne obeundo longe impares, tum limites dissertationis tantae prolixitati nimis angustos compertus, mentem mutaui. Exhibit ergo haec qualisunque scriptiuncula non nisi singulas, hoc thema concorrentes, *Observationes*, quas ex Diplomatibus Rudolphinis rerumque historicarum scriptoribus fide dignissimis hausi n. Et certo mihi persuasum habeo, illas, licet hodierna *Ciuitatum Imperialium* conditio admodum mutata existat, plus, quam meras antiquitates, omni vnu et applicatione destitutas, continere: Conuenit enim inter omnes, cognitioni status posterioris ex anterioris peruestigatione plurimum lucis adfundti, et nemo historiae patriae gnarus infirias ibit, *Ciuitates S. R. I. formae regiminis Iuriumque, quibus hodie sub felicissimo iustissimo Imperio Iosephi II. Augustissimi Imperatoris, Patriae Patris clementissimi, ut reliqui status, pacifice fruuntur, partim suos natales, partim incrementa haud exigua nostrae Periodo accepta referre.* Et quantum interit, nosse *ius publicum sub Rudolpho I.*, docet Vir, quem boni omnes et ob eximiam eruditionem, et ob non fucatum veritatis atque iustitiae studium venerantur, incomparabilis atque Illustris *Strubeni* 2); docent etiam *controveriae nostro Saeculo tam in scriptis publicis, quam priuatis*

- 1) Non possum, quin Illustris *Haeberlini*, Ser. Ducus Brunsv. Luneburg. Consiliarii Iustitiae intimi grauissimi, Antecessori priuarii longe celeberrimi et Ciuis mei spectatissimi summum in me favorem atque patrocinium, et quantum incomparabili instruclissimaeque Bibliothecae, ad cuius thesauros litterarios liberrimus mihi patebat aditus, in hac elaboratione debeam, publica testificatione pio gratissimoque animo laudem.
- 2) Versuch des deutschen Staats-Rechts unter König **RUDOLPH** I. in s. Nebenst. IV. Tom. XXIII. Abhandl.

tis grauiter agitatae 3). Caeterum in Observacionibus meis publico examini subiiciendis ita versabor, ut (1) *introductionem historicam succinctam anteriorum temporum praemittam*; (2) de *Ciuitatibus Imp. in genere sub RVDOLPHO I.* nonnulla proferam et denique (3) de *VLMA* in specie, patria mihi dulcissima, quaedam bono cum Deo addam.

## §. I.

*Origo Ciuitatum Imperialium dubia. Num iam sub Romanis,  
Alemannis et Francis quaerenda?*

**M**VLTVM de ciuitatum in genere plus adhuc de singulorum origine atque iuribus inter eruditos, ob varias, quas quisque vel pro ingenii indole, vel pro adoptati huius illiusve Iuris publici Imp. Germ. systematis ratione, vel haud raro pro partium, quas fouet, studio, de illis sibi formauit notiones, disceptatur, et, vti plerumque in huiusmodi controuersiis fieri solet, ab vtraque parte vel in excessu, vel in defectu peccatur. Sunt enim, qui splendori Ciuitatum aliquid addi sibi persuadent, si primordia illarum et tempus, quo primum libertatem naetiae sunt, in remotissimis retro Saeculis ponant, prouocando

A 2

ad

3) E. gr. inter *Landogteiam Sueviae Austriacam* et vicinos *Circuli Suevici Status*; inter Ser. Marggrauios *Brandenburg.* et *Ciuitatem Norimberg*; inter Com. de *Oettingen* et Monast. *Neresheim*; inter *Abbat. Principat.* et *Civit. Campidunensem.* Conferri quoque merentur *Acta Lindauiensia*, et *Pappi et Heideri de Augusta Vindeliciorum scripta controuersia.*

ad *municipia romana* 4) in partibus Germ. infer. Rhenani potissimum olim sita, et ad *Villas* seu *Ciuitates regales* 5) sub *Francis* tam Meroueadis, quam Carolidis tam frequentes. Sunt autem e contrario alii 6), qui *natales Ciuitatum Imper. temporibus longe recentioribus* adscribunt. Nostrum non est, in sententias tam diuersas prolixè inquirere. Id vnicum, pro instituti ratione, monuisse sufficiat, quod haec sententiae variae in plurimis suis capitibus conciliari possent, si *origo, exstructio, immedietas, libertas*, eiusque *gradus* atque incrementa 7), ac denique *superioritas territorialis Ciuitatum Imperialium*, pro temporum vicissitudinibus ac diuerso ciuitatum inter se relatarum statu, curatius distinguantur. Antiquissimis nimirum temporibus Germaniam, in terris Cis-rhenanis, Vrbibus caruisse, Romanos vero malta oppida in provinciis imperio suo subiectis sub sua tenuisse potestate, iisque

- 4) *Ill. Moritz vom Vrfspr. der Reichs-Staedte infond. Worms I. Th. §. 1-7.* Varia contra huius principia monuit *Ill. Struben* I. c. T. V. P. 292. cf. I. I. *Chifflet* *Vefumto* P. I. C. XXVIII. et *Schoepflin* de *Argentina* et *Saleitione* in *Alsat.* illuстр. pass.
- 5) Catalog. *Villarum regiarum* exhibit Abb. *Bessel* in *Chronic. Gottwic.* L. III. c. 2. p. 452 - - 525.
- 6) de *Ludewig* diss. de dispari ciuitatum nexu, cui suam de pari ciuitatum nexus opposuit B. *Rau*, *Vlmanus*, sub praef. *Cel. Schwederi* habit. diss. it. Andr. *Knichen*, *infensissimus Ciuitatum aduersarius*, in velitat. apilog. Huc et pertinent ad unum fere omnes, qui pro *Epilcopsis* scripsierunt. E. gr. *Brower*, *Pappus*, *Schannat*, de *Gudenus* etc.
- 7) Non uno eodemque tempore haec omnia Ciuitatibus contingere; plerunque enim accidit, vt alius Imperator Ciuitatis iura indulxit, alius eam exstruxit murisque circumdedit, alius Imperio appropriavit, alius alias superaddidit libertates. Exemplum de *Goslaria* vid. apud Clar. *Heider* in *I. Reichs-Vog.*

iisque vel *Municipiorum* vel *Coloniarum iura* 8) concessisse, ex *Tacito* nemo est, qui nesciat. Haec dein pleraque cum *Imperio Romanorum Germanico* periere, quum *Alemanni*, murorum impatiens, Saec. V. omnia fere in his oris igne ferroque vastarunt. *Franci*, qui non, vti hi, campestres atque vagi fuere, Saec. VI. et seqq. principaliora restituerunt 9), nouaque condiderunt oppida. Sed penes viatores stabat, qualem his nouis oppidanis dicere vellent legem ciuilem. Plerumque proprium eis indulgebant magistratum e ciubus primariis quidem, sed a *Comite aut Camerae Nuncio*, eligendum huiusque directioni subiectum 10).

## §. II.

*Ciuitates sub Regibus Germanicis, impr. Saxoniciis,  
Salicis et Suevicis.*

GERMANICA sub periodo et in primis sub HENRICO I., ob cruenta bella cum Hunnis, frequentior ciuitatum

A 3

Vogt. Apolog. P. I. p. 151. Sic de *Eßlingen* constat, a CAROLO M. illam sub nomine *Cellae Ezzilingen* Abb. Vollrado San-Denisiano donatam esse. Sattler Gesch. des Herzogt. Würtenb. T. I. p. 517. OTTO Imp. 1200 Villas *Eßlingen* et *Rentlingen* ciuibibus iuribus adornauit, FRIDERICVS II. Imp. eas 1216. muris et fossatis muniri constituit, ac denique in ciuitates imperiales euehit. Hermann. Minorita ad. a. cf. *Heilbronneri, Vhmani*, diff. de superioritate territ. Ciuitatum Imp. sub praef. Cel. *Wildwogelii* hab.

8) I. 8. §. 2. D. de Cenf. „In Germania inferiore *Agrippinenses iuris Italici* sunt.“ conf. Bynkershoek Obseruat. P. II. p. 327. b. sq.

9) de *Argentina* id probavit Schoepfin l. c. T. I. et II. p. 327. de *Augusta Vind. Generos.* et magnif. Paul a Stetten sen. Augsp. Geich. T. I. p. 26.

10) Conring diff. de Vrbib. German. §. 28. p. 149.

rum exstructio, formula antiqua usque ad OTTONES <sup>11)</sup> seruata, a quibus multarum ciuitatum Comitatus s. Aduocatiae iura in Duces et in primis in Episcopos titulo quidem perpetuo, sed superioritatem nequaquam inferente, qua et ipsi adhucdum destituebantur, translata sunt; et tum demum distinctionis illarum in regales <sup>12)</sup> et praefectorias i. e. quae Duci vel Comiti parebant, priorumque iterum vel in ciuitates iuri Romani vel iuri Francici <sup>13)</sup> itemque vel Palatinas, quae Com. Palat. iurisdictioni subditae erant, vel non-palatinas, quibus Iudex, Scultetus, Aduocatus, Wigvogt, Stadtvoigt, Burggrauius praeverat, in diplomatisbus Impp. Saxon. fit mentio. Haec distinctione in immediatas et mediatas, Reichsstaedte und Landstaedte, sub HENRICIS IV et V. et SUEVICIS dein Impp. dilucidior sit et indubitatior, quam ab una parte Duces Comitesque ciuitates, quibus praefecti erant, mediatas haereditario proprioque Iure regere, illasque magis ac magis, prout vel liberalitas vel impotentia Caesarum potestatem illorum adauxit, opprimere, seu, ut Ludewigius tropice loqui consuevit, adumbrare ceperint; ab altera vero parte

te

11) Cel. Gruppen Orig. Hannover. p. 210. sqq. Heider. I. c. p. 117. Schoepfii l. c. T. II. p. 332. sqq. Formam earum depingit Car. Sigonius de regno Ital. L. XVII. ad a. 973. p. 284.

12) Hertius de spec. Rom. Germ. Imp. Rebusp. §. 7. p. 94. add. famosum illud OTTONIS M. d. 7 Iua. 940. Magdeburgens. datum priuilegium, cuius originale amissum fertur, sed spectum est, quamobrem quaestio statutis ciuitati mouebatur et haec res in tractatibus pacis Westphal. et sequent. Comitiis agitabatur. v. Pfeffinger Vitr. illustr. T. II. p. 811. n. c.

13) In quoniam hoc discriminem consistat, inter eruditos nondum liquet. v. Ill. Struben. l. c. T. I. p. 499. Moritz l. c. p. 20. et 25. Gener. atq. consultiss. de Republ. vii litteraria, ita et potissimum Norimb. immortaliter meritus B. de Woelckern in Nürnberg diploma. p. 119.

te *Ciuitates quoque immediatae* pari Imp. indulgentia ad maiorem euectae fuerint libertatem. Historia enim edoceatur, eximia ciuitatum priuilegia ac iura in primis HENRICI IV. 14) aeuo primam originem debere, quo inde ab A. 1073. sacerdotio cum imperio infelix illa contentio intercedebat, quae in sequentibus temporibus famosissimam illam *Gibellicorum* et *Guelphorum* factiohem suscitauit, et usque ad extictionem *Domus Hohenstauffiorum* et electionem RUDOLPHI *Habsburg.* totam Germaniam innumerabilibus malis inundauit. *Ciuitates Imp.* quum ut plurimum a partibus *Caesaris* stabant, eumque contra hostilia Pontificum *Guelphorumque* consilia atque molimina, non attentatis Banni ecclesiastici fulminibus in SS. *Augustorum* capita eorumque asseclas vibratis, pro viribus adiuuabant, Imperatores, ut illarum iura, numerum et potentiam quam maxime augeant, et gratus animus et sana politia commouit.

### §. III.

*In specie sub FRIDERICIS I. et II. Sub hoc libertas  
earum pericitatur.*

Inde venit, cur FRIDERICO I. Imp. callidissimo Principi, tot ciuitates 15) aut suam plane immedierat, aut saltim perplura status sui incrementa accepta referant. FRIDERICVS II. Imp. Aui uestigia usque eo securus est,

vt

14) Rhetius de statuis Roland. C. IV. §. 20. vbi, *Liberae*, inquit, et imperiales ciuitates, si non omnes, pleraque tamen usque ad HENRICI IV. Imp. accum non alio modo ab Imperatoribus, quam nunc prouinciales a principibus, fuere administratae.

15) Ill. Haeberlin Reichs-Histor. T. II. p. 321. et Tom. VIII. p. 255.

vt multas *Ducalia* suarum ciuitatum e nexu hoc exemerit imperioque immediate subdiderit 16). Caeterum negari nequit, hunc Imperatorem eiusque filium, HENRICUM VII. Rom. Reg. 17) postea ob rebellionem erga patrem exauktoratum, varias *Constitutiones* 18) in fauorem Prin-

16) de *Esslinga* et *Reutlinga* v. n. 7. de *Ulma* infra prolixius. de *Alsatia* quibusd. Ciuit. id probauit Cel. Schoepfii l. c. Tom. II. Sect. Geogr. Pol. inde a §. 512. et in Sect. Genealog. Hist. C. IV. §. 171. lqq. ubi et p. 282. generatim annotauit: „*Hohenstauffos, ad solum Imperiale ecclesias, ducalia sua jura cum imperatoris ita miscuisse, ut Aduocati Prouinciales non nunquam vtraque administrarent; unde ablata iis Caesarea dignitate, non modo fiscalia, sed et patrimonialia Ducum bona ad imperium redierunt.* „

17) De hoc conferri meretur Klumpf. diff. de priuili. HENRICI VII. R. R. Francosurtanis de filiabus libere elocandis 1232. dato. Altorf. 1730.

18) Huc pertinent (1) Const. FRIDERICI II. Imper. in fauorem Principum ecclesiast. data Frcfrt. VI. Cal. Maii (d. 26. April.) 1220. (2) HENRICI VII. Rom. Reg. qua *confederaciones* quasc. in Ciuitatibus *sine consensu Domini* initas reprobavit. Dat. ap. Wormat. X. Cal. Febr. (d. 23. Ian.) 1231. Quis non videt, hoc dipl. de Cinit. *mediatis* loqui? (3) *Eiusd*. Priu. Princip. eccles. et saecular. eiusdem fere tenoris, cuius est illud patris sub n. 1. alleg. datum Wormat. in Curia solenni Cal. Maiis (d. 1. Mai.) 1231. (4) FRIDERICI Imper. confirm. et amplif. huius a filio dati priuilegii. Exhibet hoc memorabile diploma ex autographo in Archiuo Ciuitatis Hallensi. Ven. assertato cum not. et illuſtr. Dn. de Ludewig in reliqu. MSt T. VII. L. IV. p. 515. it. cum variantibus lectionibus Wöchentl. Hall. Anzeig. v. I. 1756. N. XII. Extat etiam apud Dn. ab Hontheim in Hislor. dipl. Treuit. T. I. p. 711. Exemplar Hallense et Treuirensse a se inuicem discrepant: a) illud *Aurea Bulla* (cuius ectypion vid. apud Ludewig. loc. cit. p. 519.) hoc non; b) illud *Actum mensis Martio*, hoc vero *mense Maio*; c) illud *Datum a-*  
pud

Principum et *praeiudicium Ciuitatum* promulgasse. Sed Imperator melius informatus illas partim expresse iterum sustulit, partim ciuitatibus executioni illarum summopere resistentibus conniuendo succurrit, ita ut effectu suo illae carerent 19); ex quo ipso potentia ciuitatum tum temporis, vt etiam ex his litteris *diferimur inter mediatas et im-mediatas* 20) quam luculentissime comprobatur. Fallunt igitur atque falluntur, qui *ante depositionem FRIDERICI II. Imp.* per totam Germaniam, in primis per *Ducatum Sueviae nullas prorsus extitisse Ciuitates Imperiales afferunt* 21); licet nemo infitias iuerit, multas plenam suam immediatatem, plurimas maiorem libertatem huic aeuo debere.

## §. IV.

apud *Vtinum* (gel. Anz.) f. *Vdinatum* (reliqu. MSct.) hoc apud *Siladacum in foro Iulii*, et denique d) vtrumque *testes alios* exhibet. Schannat in Cod. Prob. Hist. Worm. p 369. diploma producit, quod quidem materiam longe diversam continet, *Hallenſt* tamen, si *formam spectas*, per omnia simile est. Caeterum notatum dignum et a nemine, quantum mihi quidem innotuit, haec tenus obseruatum est, hoc priuili. Fridericianum, intuitu *Milliaris banniti*, Henricianum reformare et restringere, de quo infra vberius. Et denique 5) *FRIDERICI II. Imp.* vi cuius *communia confilia* etc., sine Episcoporum consensu in ciuitatibus (scilicet episcopalibus) constituta abrogat. Dat. ap. *Aquilegiam mens. Aprili 1232*, aigue *Aurea Bulla* decoratum, vt apud *Hontheim l. c.* apud *Schan-* nat vero loc. cit. p. 110. Dat. *Rauennae mens. Ianuar.* nec *A. B.* munitum.

19) *Ill. Haeberlin l. c. Tom. II. p. 316. Struben l. c. T. V. p. 277. sqq. Moritz l. c. p. 460. sqq.*

20) *Dn. ab Hontheim l. c. in not. ad alleg. diplom.*

21) *Contrarium de multis ciuitatibus eruditte, vt solet, probauit Cel. Heider l. c. p. 150. sqq. cf. supra n. 7. 16 et 18.*

B

## §. IV.

*Tempore Interregni status Ciuitatum ambiguus  
turbulentissimusque.*

SED cara illis deueniebat libertas haecce. Nam *defensore Iurium suorum legitimo exauktorato*, et suprema, quae impotentiorum vnicum est contra iniustas potentiorum aggressiones praesidium, *poteſtate iudicaria e Germania prorsus exulante*, infelici illo tempore, quo Patria Regem, si quidem habuit, saltim aut non vidit, aut non agnouit nec venerata est, *Interregno* videlicet, quod vocant, *Magno 22) status Ciuitatum non poterat non esse ad-*

22) Vtrum bene, nec ne, aliis determinandum relinquo. *Contra Interregnum* more suo eruditissime scriptis illius *Gebauer* in vita *Richardi Rom. Reg.* et quidem in *sepulcro*, quod vocat, *interregni* a pag. 465-555. Recentiores plurimi illum sequuntur. Rationes huius sententiae succincte profert, non usque addit illustr. *Haeberlin* l. c. Tom. II. p. 183-189. Contrariam et antiquiorem thesin fouet *Clar. Oester* in s. auferweckten *Interregn* Frf. 1752, 8. qui etiam in s. II. Versuch einer Gesch. des Burggraft. Nurnb. p. 481. sq. dubia nonnulla contra *Gebauerum* profert, sed n. 1. de facto, n. 2 ex interpretatione nimis arbitraria, et denique n. 3. ex supposito plane falso concludit: exstat enim ap. *Hund* in *Metrop. Salisb.* P.l. p. 54. vtique diploma *RUDOLPHI* de 1275. vbi ipse *RICHARDVM* inclyt. *Rom. Reg.* suum *Praedecessorem* nominat. Melius rem suam pro defendenda existentia *Interregni* egit Vir plur. reuer. Mart. *Gerbert*, Congreg. San. Blas. Abbas, in opere pretiosissimo splendidissimoque *Codice* scil. *Epistolarii RUDOLPHI* I. R. R. nuperrime edito, et quidem in Fas. Rudolph. per tot. Cap. III. et in not. eruditiss. ad Epist. II. Lib. III. p. 143. sq. Liceat ergo nobis in tanta tantorum virorum controuersia, si non rem, saltim ob brevitatis studium, vocem retinere, ita ut cum ipso *RUDOL-*

PH 8

admodum *ambiguus turbulentissimusque*. *Principes* tam Eccl. quam Saecul. atque milites, Ciuitatibus Imperii, teste *Tritbenio* 23), infensi, earum libertates euertere summis nitebantur viribus 24). Grassationes, depraeationes, spolia, incendia, homicidia, iniusta telonia, vexationes innumerabiles; nullum ius, nisi fortioris; bellum omnium contra omnes; anarchia vbique. Sed non cum *externis* solum, verum etiam cum *internis hostibus* dimicandum erat ciuitatibus, praesertim *Episcoporum sedibus*, vbi atroces inter clerum et ciues dissensiones ac pugnae, per sepe violentiae omnia turbarunt. *Argentinam* 25), *Augustam Vind.* 26), *Coloniam* 27), *Spiram* 28) et denique *Wormatiam* 29) hic nominasse sufficeret. Quid? quod *Cives ipsi eiusdem Ciuitatis* in factiones scissi, in propria saeuiebant viscera, et vel inter *ipsoſ primores*, vti *Bajileae id Psittacos* inter et *Stelliferos* 30) factum legimus, vel inter *bos et plebeios*, vti

B 2 Colo-

**P**HO I. vi sententiae Norimbergae 1281. pro Io. de *Auerinis* contra Com. Hannoniens. latae, tempus inde a depositione FREDERICI II. ab INNOCENT. III. in Conc. *Lugdun.* ao. 1245. facta vsque ad RUDOLPHI nostri electionem 1273. *Inter regnum dicamus.*

23) *Annal. Hirsaug. ed. San-Gall ad a. 1254.* "Et si maior pars  
"Teutonicorum, inquit, WILHELMVM sequeretur ut regem,  
"phures tamen ex militarium ordine, praedam malentes, quam  
"pacem, imperii ciuitatibus erant infensi."

24) *De Suevicis et Alsatricis id testatur Schoepflin I. c. T. II. p. 554.*

25) *Idem I. c. p. 308.*

26) *Perill. a Stetten I. c. C. VI. Heider I. c. in pr. integr. C. XIII.  
et XIV.*

27) *Apolog. Archiep. Colon. App. Doc. p. 15. sqq.*

28) *Lehmann Chr. Spir. L. V. c. 96. 101. 114.*

29) *Moritz I. c. et Schannat Hist. Worm. p. 368. sqq.*

30) *Fast. Rud. San-Blas. p. 39.*

*Colonienses*, 31.) Monetarios et officiales, vulgo *Richerzecht*, ao. 1258. et seqq. e Vrbe eiuentes, exemplum nobis praebent, acerrime dimicatur.

## §. V.

*Ciuitates libertatem suam in statu tam turbulentio variis modis tueri allaborant, in pr. per mutua Foedera.*

CONTRA tot tantaque mala variis, prout quaelibet poterat, modis sibi prospiciebant, suamque libertatem tueri allaborant *Ciuitates Imperiales*. Quaedam, iniuriae temporum cedentes, cum aduersariis, in graue non raro iurium suorum detrimentum, transigebant. Aliae e potentioribus terrae *Defensores* paectios *Ducesque militum* grandi mercede conductos sibi eligebant. Sic *Turicenses* 32) a Dynastis *Regensberg.* et *Argentinenses* 33) ab *Episcopo* vexati; vt et ea pars Ciuium *Bafileenſes* 34), qui *Stelliferos* sepe nominabant, *RVDOLPHVM Habsb.* adhuc *Comitem* in defensorem et ducem suum accierunt. *Auguſta Vind.* 35) tuitionem ac defensionem contra *Hartmannum*, *Episc.*, *Com.* *Dilling.* a *Conradino* vltimo *Sueviae* duce et *Sicil.* Rege, et a *Ludo-*  
*uico*

31) Apol. Colon. cit. app. Doc. p. 18. seqq.

32) *Tycbudi Chron. Heluet.* T. I. p. 164. „Da schickten die von Zurch zu *Graf RVDOLFH* von *Habsburg*, und batten ihn, dass er Ir *Stadt hauptmann* welt sin, und Si zu des Richs *Haußen* welche schirmen, bis das ein Röm. König erwelt würd: so weltend sic Im hulden und Gehorsame dero Zit leisten, da was Gr. Rudolph der Sach fast fro; — fur gen Zürch, und taet man Im Huldigung, und schwur Er hinwider der Statt auch..“

33) *Schoepfli* l. c. T. II. p. 308.

34) *Tycbudi* l. c. p. 176. *Faſt. Rud.* p. 39, et 55.

35) *P. v. Stetten* l. c. T. I. p. 74.

uico Seuero Com. Pal. pro 300. libris denar. annuatim soluendis sibi 1264. expetiit obtinuitque. Plurimae denique Imp. Ciuitates, legis illius naturalis: *vis unita fortior*, memores, optimum sibi praesidium in mutuis Foederibus 36) quaeſuerunt. *Vlma, Eſſlinga*, aliaeque Sueviae Ciuitates vicinae tempore interregni contra Comites Wurtemberg. foederatae erant 37). Similem ob causam Tigurini, Vranii et Sutii societatem 1251. inuicem iurarunt 38). Et quis Foedera illa, quae tum Ciuitates in Saxonia inferiore, tum in partibus Rheni, inierunt, celeberrima, *Hanfeaticum* videlicet et *Rbenanum magnum*, ignorat, quod posterius, fauente WILHELMO Rege, tam potens fiebat, vt et ipsos Principes Comitesque vicinos, inuitos licet, quia teste Alberto Stadiensi 39), fordidum putabant, *mercatores* (ita Ciuitatenſes appellabant) super hominibus honoratis et nobilibus habere dominatum, societati ſuae adhaerere compulerit 40) pacemque publicam in his terris ordinaverit. Sed mortuo WILHELMO rege, iſta pax propter malitiam refiſtentium, vt innuit Chron. *Auguſtanum* 41), non diu durauit. Vario hinc marte vtrimeque dimicatur, et Ciuitates Moguntia, Wormatia, Oppenheim, Frankinford, Vrideberg, Wetstaria et Geylinhusa, nouos tumultus ex instanti electione Reg. Rom. oriundos metuentes, Ao. 1273. *Foedus ſpeciale* inuicem pangunt, vi cuius in casum concordis elec̄tionis Regem elec̄tum, discordis vero neutrum candidatorum in Regem electorum ſe eſſe agnitas, stipulato ſibi deſuper mutuo

B 3

auxi-

36) Scripta de Foederibus Ciuit. v. in III. Wegelini Thes. rer. Suev. T. I. Bibl. script p. 159.

37) Cel. Sattler I. c. T. II. p. 8.

38) Formulam exhibet Simler in Thes. rer. Heluet. p. 3.

39) Ap. Poeceler p. 320.

40) Faſt. Rud. Saq.-Blaf. p. 26. fqq.

41) Ap. Freker T. I. p. 531.

auxilio, conuenerunt 42). Caeterum non eadem omnium Ciuitatum tempore Interregni fors fuit atque *conditio*, plerarumque vero *dubia et deterior*, id quod vel exinde patet, tum, quod Ciuitates, *Pfalburgeros* 43) in quorum receptione tamen illis magnum virium suarum augmentum et praecipuum tempore belli praefidum erat, si non amplius esse recepturas, id quod arctissima Caesarum mandata paullo ante efficere vix poterant, Principibus sponte pollicerentur; tum, quod tot ciuitates in interregno iniuste oppressas a RUDOLPHO I. R. R. Imperio iterum *vindicatas* et in integrum quasi restitutas fuisse, historia huius Imperatoris, quam ordinis ratio nunc excipit, luculentissime doceat.

### §. VI.

RUDOLPHI Habsburg. electio et regimen in Historia  
Ciuitatum Imperialium memorabilissima Periodus.  
Incipit hic iuuenilis earum Aetas.

GERMANIAE sic per decursum multorum annorum miserabiliter laceratae ut Rex, Tutor et Caput eligeretur atque praeponeretur, Boni omnes optabant. Ipse Pontifex et Clerus, ob ineffabiles iniurias ecclesiis, durante Interregno, vel ab ipsis, qui eas tueri deberent, Aduocatis illatas, nouam electionem vrgebant. Conueniunt ergo Principes Electores, Wernerio Archiep. Moguntino conuocan-

42) Cuius formula habetur ap. Dn. de Gudenus in Cod. dipl. Mogunt. T.I. N. 336. p. 744.

43) De Etymol. h. vocis v. de *Ludewig* reliqu. MSC. T. VII. p. 538. Act. Erud. Lipf. Cal. Sept. 1734. p. 412. Optime nomen et rem explicauit, *historiamque de Pfalburgeris sive cinctam ut confuerit, ex primis fontibus tradidit* Ill. *Haeberlin* l. c. T. II. p. 319. sqq. et T. VIII. p. 278. sqq.

cante 44), mense Septembri 1273 in Ciuitate *Francofurtana* ad M. Confluit ibi ingens hominum multitudo, totusque Populus Germanicus expectatione plenus oculos animumque ad hanc electionem dirigit. **RVDOLPHVS**, Comes *Habsburg*. et Landgrauius *Alsatiae superioris*, ad instantias et laudes **LUDOVICI** Seueri, Com. Pal. et **FRIDERICI**, Burggrauii *Norimbergensis*, discretissimorum Principum 45), faustissimis auspiciis, vnamiter in *Re-*  
*gem*

44) Teste *Alberto Argent.* ap. *Vrſtisum P. II.* p. 100.

45) His Princip. intime inuicem iunctis fortuna *Hohenstaufforum* labens, infans *Conradini* et anarchia temporum prae aliis in utilitatem suam cedebant. Multum iis iam antea cum **RVDOLPHO**, Comite *Habsburgico*, sibi, sua calliditatem, siue fortunam specles, simillimo, erat commercium, et certe nonnihil eorum intererat, vt Rex eligeretur, qui tempore interregni facta et acquisita confirmaret, nouasque adderet gratias. Spem illos non sefelliſſe, historia docet; licet huius loci non sit, singularem plane atque sumnum **RVDOLPHI** in illos fauorem pluribus ob oculos ponere. Id vnicum addo, quod ego quidem per haec omnia, cumprimis vero, quod **FRIDERICVS** Burggr. de filiabus **RVDOLPHI**, tribus Electoribus, *Bauaro* scil. *Saxonico*, et *Brandenburgico* in matrimonium collocandis, sponzionem fuscipere potuerit, ad credendum induceret, hos principes, saltim *Burggrauium* cum **RVDOLPHO** iam antea de electione collusisse; ni *Imperatoris* ipsius protestationem *de nullo prorsus ambitu commisso* in dubium vocare nefas esset, cf. *Fast. Rud. San.-Blas.* p. 43. Caeterum rem de *Filiabus RVDOLPHI* *Albertus Argent.* ap. *Vrſtis I. c.* ita resert, vt **LUDOVICVM** *Bav.* Com. Pal. **FRIDERICVM** Burggrav. praefentem sic alloquenter introducat: „Si **RVDOLPHVS** praefatus promoueretur in regem, quomodo „effem ab eius lacfione securus? Habetne aliquam filiam, „quam mihi daret in vxorem? Et illo afferente, quod **RVDOLPHVS** sex haberet filias, et de danda sibi una, sub „omnium bonorum suorum hypotheca, Duci cauente, Dux

„annan-

gem eligitur electusque paullo post *Aquisgrani* cum vxore GERTRUDI Hohenbergica, quae post coronationem ANNAE nomen assumit 46), ritu solenni inauguratur coronaturque. Et profecto habent *Ciuitates imperiales*, quod de hac electione sibi gratulentur. Erat enim RVDOLPHVS pacificus, bellicosus, magnanimus, sapiens, laboriosus, strenuus iniuriarum vindex, et ut certa Ciuitas Illi de obtento imperiali diadematate gratulabunda se exprimit 47), contra hostes fidei clypeus, iuris defensor, amator aequitatis, extirpator malitia, sedator scandali, et refugium impotentum. Regimen ergo RVDOLPHI, vti intuitu totius Imperii, ita et potissimum respectu *Ciuitatum Imp.* memorabilissimam efficit Periodum. Celeberr. Schoepfii 48) statum Ciu. *Argentinæ* secundum *Actatas* depingens, eidem nostra cum periodo initium *Iuuenilis* *Actatis* assignat. Idem de plurimis reliquis *Ciuitatibus*, quamquam *Argentina recentioribus*, ideo quoque praedicari potest, quoniam sub RVDOLPHO I. incrementa illarum, tam ob frequentia priuilegia Caesarea ad instar verum

„annuit Moguntino. Quod audiens Dux *Saxoniae* et Marcho *Brandenburgensis*, qui et ipsi non habebant vxores, receptis cautionibus de dandis sibi RVDOLPHI filiabus, similiter consenserunt, sicque concorditer est electus.“

46) Id quod multos seducit scriptores, vt Gertrudem et Annam diuerfas fuisse personas erronee arbitrentur, et per consequentiam RVDOLPHO I tres attribuant vxores, cum tamen duas tantum habuit, GERTRUDEM f. ANNAM Hohenbergicam, matrem foecundissimam, et AGNETEM f. ELISABETHAM, filiam HVGONIS IV. Ducis Burgundici, quam 1284. duxit, ex qua vero nullam sobolem procreauit, v. Cod. Rud. San-Blas. de illa p. XIII. 7. et 32. et de hac p. CXL.

47) Ibid. L. I. N. XI. p. 15.

48) Alsat. illustr. T. II. p. 306.

terum *Ciuitatum* iis indulta, tum ob *mutua cum antiquioribus et potentioribus inita foedera*, magis *subitanea* erant, ac sub anterioribus Imperatoribus.

## §. VII.

*Ciuitates RVDOLPHI I. Homagium praefant, in signum immediatae subivctionis;*

PRIMA RVDOLPHI, optimi maximique Germaniae restauratoris, cura, erat, ut, receptis ab omnibus fidelitatis sacramentis atque homagiis, tranquillitatem publicam pacemque e postlimino quasi reuocaret, optimoque, quo aeum id ferebat, modo restauraret. Observantia nimurum tum temporis fuit, ut Rex neo-electus homagia atque iuramenta vasallitica a Principibus, Comitibus aliisque Imperii Vasallis atque Subditis statim post Sollennia Coronationis 49) vel in primis eius Comitiis receperit, et dein principaliores Imperii Ciuitates peragrauerit, homagium ab illis recepturus, statumque earum ciuilem ordinaturus. Vtrumque a RVDOLPHO quoque factum est

50) „Sub Francis ptimisque Germanicis Impp. obtinuit,

ut

49) Post sollempnem inaugurationem *Aquisgrani* celebratam RVDOLPHVM, arrepta S. Cruce loco deficientis sceptri, *Iuramenta fidelitatis et obedientiae a Principibus tam eccl. quam saecularibus, ob absentiam Sceptri id ab initio recusantibus, accepisse*, testis grauius atque coaevus est *Henricus, Präp. Oetting.* ap. *Oefel l.c. T.I. p. 687. cf. Fast. Rud. San- Blas. C. IV §. 8. p. 46.*

50) *Prius probat not. praec. posterius vero Hagenus ap. Hier. Pez Script. rer. Austr. T.I. col. 1085. d. „Do (finitis scil. „Com. Norimb.) fur Chunig RVDOLFF zu allen Stetten.*

C

„und

ut iis non solum *Duces et Comites*, sed et milites gregarii et ingenui omnes fidem suam adstringerent. Memorante *Wippone* in Vita *Conradi Salici*. Donec ipsi Regionum Rectores suo nomine a subditis iuriurandum acceperunt. Idque XIII. Saec. iam in usu fuisse ex *Spec. Saxon.* l. 3. art. 65. cognoscitur „ 51). Nostro ergo aeuo *Homagii* praestatio Caesari facta signum est *Immediatatis* in contradictione ad *Landassiatum*, ideoque ciuitas quaecunque Rudolphi I. homagium praefuerit, presumptionem *Immediatatis* suae et qualitatis Civit. Imperialis urgentissimam prae se habet; licet eodem tempore et aliis per *Sacramenta* obstringeretur 52). In regula Homagium ab omnibus ac singulis Ciuitibus Imperatori praesenti vel eius *Commissariis* personaliter praestabatur; nonnunquam vero etiam *absenti* per *deputatos Ciuitatis* 53), sed personaliter reiterandum, si Caesar ipse postea ciuitatem primum adierit, idque postulauerit; quod hodie secus. Haec reiteratio interdum plus quam una vi-

ee

„und richtet allenthalben, was do was ungeschlechtes.“ Verum illum iam ante haec comitia plurimas *Ciuitates Rhenanas, Alsatias, Helvetias et Suevicas* innisiſſe, diplomata eius teſtantur, cf. III. Haeberlin l.c. T. II. p. 530.

51) Sunt verba celeberr. *Hertii* in dissert. de subiect. territor. §. 13. sq.

52) Iurant E. gr. Ciuit. Imp. *Episcoporum hospitia*, his *treu und bold zu feyn, als freye Bürger* etc. Quod Iurament. vero subiectionem non inducit, v. III. Struben l.c. T. IV. p. 167. Heider l.c. p. 45. et 137. *Knipschild* de Ciuitat. L. II. C. IX. n. 48-50.

53) E. gr. Ciu. *Parma* fidelitatis iurament. *Nuncitis RVDOLPHI* Reg. praefat. *Fast. Rud.* cit. p. 70. *Mediolanenses* vero id degangant, sed postea ad *RVDOLPHVM*, ceu *dominum suum proprium*, reuersi id per *legatos suos* 1275. praefulant. *Cod. Rud. Stan-Blaf.* l.c. II. N. VII. p. 68. et N. XLII. n. 1. p. 115.

ce 54) fiebat, in primis si ciuitas ob renitentiam aliaque contraria molimina de gratia Caesaris exciderit, eidem vero denuo restituta fuerit. Priusquam autem Ciuitates Regi iurabant, confirmationem iurium et priuilegiorum suorum generalem ab illo sibi expetere et obtinere solebant 55) et historia edocti omnes scimus, illas Regibus hanc confirmationem denegantibus ipsum quoque Homagium quandoque denegasse. Quaedam id ex alia ratione denegarunt, illa scil. quod se ab eius praefatione per priuilegia specialia exemptas esse afferant, quam immunitatem eximiam de Ulma, patria carissima, Lubeca, et Argentina praedicant scriptores nonnulli 56).

## §. VIII.

*Non vero illimitatae.*

Quod vero vim atque effectum Homagii attinet, is ciuitatibus cum reliquis statibus est communis, quidquid derrectatores nonnulli iurum Ciuitatum de deteriore harum conditione et maiore subiectione exinde oriunda somni.

C 2

54) RUDOLPHVS a Ciuitatibus Romandiolas homagium exegit.  
1) 1275. per Nuncios suos, Beringerum, Mag. Ord. S. Io. Hierof. et Bering. Com. de Wertimburg. 2) 1276. per Gubernat. Henr. Com. de Fürstenberg, et denique 3) 1277. per Rud. prefect. Reg. Scrinii. Sed Pont. Gregor. X. eiusque successor Innocent. grauiter id tulerunt; hinc Imperator haec iuramenta d. 16. Cal. Mart. 1279. reuocauit. v. Cod. Rud. San-Blas. p. III. sqq. et 152. sqq. cf. Ill. Ern. Spies tr. doctiss. de Rud. I. Aurea Bulla etc. Baruth 1774. in 4. ed. in app. p. 51.

55) Augiſtam Vind. R v d. I. m. Mart. 1276. in Comit. praesenti, confirmatis antea ab illo auctisque iuribus et priuilegiis, Homagium praeficitiss. perhibet Magnif. a Stetten l c. T. I. p. 77.

56) Europ. Herold I Th. p. 171. de Strasburgo vero spec. ill. Schoepflii T. II. p. 319.

somniant 57). Vtrumque, tam sacramentum *Fidelitatis*, quod *Principes*, quam *Homagium*, quod *Ciuitates* praestant, est *Tessera* subjectionis et agnitio superioritatis Caesareae. Vtroque iurant dem *Kaiſer* getreu, bold (*ge-wehr*), gewärtig und gehorsam zu seyn. Vterque hoc respecta est *subditus*, vti vterque alio est *Status*. Prout ergo nemo et vel leuissima Iuris Publici medii aeui cognitione tinctus, *Principes* per Sacra menta RVDOLPHO Imp. praestita ad infinitam et illimitatam subjectionem 58) illi obligatos statuet, idem quoque de effectu *Homagii Ciuitatum* vt sentiat, necesse est. Hinc sibimet ipsi obloquuntur et ab una parte *Machinellum*, ab altera *Monarchomachicum* sapient principia eorum, qui eodem tempore, quo *Principibus* superioritatem territorialem vindicata-

57) Somnia haec erudite profligavit cel. *Wildvogel* in Dissert. de Exerc. Iur. circa Sacr. Civitat. Imp. Lib. Profeſt. Ien. 1713 hab. §. 13. it. *Knipfchild* l. c. L. II. C. I. n. 69-74. it. integr. C. IX. cf. ill. *Putteri*, quem summum celeberrimumque Iuris publici Doctorem, almae *Georgiae Augustae*, cui, siue summorum viorum institutionem doctissimam, siue praeftissimam instruclissimaque *Bibliothecae Vniuersitatis publicae* benevolam vſus concesſionem mente reuolum, grates deo immortales, Decus, et meum in hac scientia *Praceptorem* venerari fortuna mili contigit exoptatissima) Inſtit. Iur. publ. germ. L. I. C. VII. §. 49-55. Quid? quod alii conditionem Ciuitatum Imper. ex eo ipso, quod *Iuramentum Vasalliticum* non praestent, meliorem esse contendunt, ac *Principum*, qui et *subiectio* et *vasallitico* nexu Imperatori adstringuntur v. *Conring*, ad *Lamp.* §. 8. p. 141.

58) *Subiectio* est correlatum superioritatis et imperii. Quodsi hoc est limitatum, nec illa illimitata erit. Et quot limitibus potestas Caesarea nostro iam aevo circumscripta fuerit? quantum ciuitates iam tum temporis, vt reliqui status, valuerint, historia docet et haec dissertatio depromptas ex illa probationes

dicare student, in Ciuitates quicquid Caesari libuerit, id potestatis ei attribuant, eumque tum temporis neque ad Priuilegia ab Antecessoribus legitime et titulo perpetuo indulta, neque ad bonas Ciuitatum consuetudines earumque Iura quaesita seruanda adstrictum fuisse afferant. Egregium *contrarii exemplum*, si in re tam evidenti villa probatione vel exemplo opus est, deprehendimus in litteris Ciuium Basileensium ad RVDOLPHVM statim post eius electionem datis gratulatoriis 50), in quibus de promotione RVDOLPHI gaudent, ei pro huius certificazione et adiecta *promissione Cisarea de confirmandis Ciuitatis suae iuribus et bona consuetudine, quae est apta legum interpres*, gratias agunt, seque vicissim paratos pollicentur, ad suae Mai, imperia et mandata, prout *iussum fuerit et consonum aequitati*, pro qualitate virium exequenda. Ita se exprimit illa ipsa Ciuitas, quam RVDOLPHVS, accepto in Castris ante Basileam nuncio de sua Electione laetissimo, ab obsidione iam liberauit; ita loquuntur Ciues pridie adhucdum hostes, quibus de hoc Nuncio terrore quasi panico perculsis Rex, seposita omni ira atque vindicta, magnanimititer ignoscit totique Ciuitati et Pacem et salutem et conseruationem Iurium et Libertatum gratiosissime annunciat.

### §. IX.

*Status Ciuitatum Imp. sub RVDOLPHO I., Pacis Publicae restauratore, fit quietus magis, securus atque legalis.*

SED non solum huic ciuitati, verum omnibus quo-  
C 3 que

bationes tradit. Subiectio ergo RVDOLPHO per Homagia sancte promissa intelligitur cum clausula: *salua imperii formula: saluis, extra casum imperii eminentis, iuribus legitime quaevis.*

50) Ext. in Cod. Rud. San.-Blaf. L. I. N. VIII. p. 13.

que alii, teste *Volckmaro* 60), *pax et salus* nunciatur. Tale RVDOLPHVS I. de *properia sua in Ciuitates voluntate* pronoque *Pacis studio* statim in limine regiminis edidit documentum; talia edidit perplura illoque luculentiora post regimen Imperiale in se suscepimus. Iam in Curia *Aquigranensi* ob eius inaugurationem et Principum frequentiam solennissima, de *pace restituenda* cum Statibus Imperii tractauit. Ibi inter alia Engelberto II. Aepisc. *Coloniensi*, cui de sua electione multum debuit, litteras dedit, quibus promittit, se nec Rhenum nec Mosellam transiturum esse prius, quam ad dissidia illum inter et *Cives Colonenses* agitata componenda, bona sua officia atque auctoritatem interposuerit 61). In *Comitiis* dein *Norimbergensibus*, teste *Mutib* 62), eundem animum pacificum declarauit, ad querelas ciuium mercatorumque, ob insecuritatem viarum, apud se depositas, *grassationes* sub capitibus et bonorum poena veruir 63) et eodem fere tempore litteras encyclicas de *pace seruanda* et ut sibi debitam exhibeant obedientiam

am

60) Ap. *Oefel* Scr. rer. Boic. T. II. p. 529.

61) Dat. *Aquisgrani* V. Kal. Nov. (d. 29. Oct.) 1273. Ext. ap. *Lüning* Spic. eccl. Cont. P. I. p. 374. Imperatorem promissis suis mox letisse, exinde verosimile est, quod paulo post integrum fere mensem *Nouembr.* h. a. *Coloniae* transegerit, vii ex eius dipl. d. 3. 5. et 21. Nou. ibidem datis adparet, v. *Georgijcb* reg. chron. diplom.

62) In Chron. Germ. lib. 21. „Primum omnium confueblo patriae „cupiens RVDOLPHVS, post electionem et acceptam *Aquis- „grani coronationem*, *Norimbergam* conuocauit omnes Germ. „Principes et Magistratus. In frequenti igitur Principum „confessu RVDOLPHVS testatus est animi sui propensam vo- „luntatem ad eucendum Germaniam imperium et imprimitis „ecclesiae pacem.”

63) Cod. Rud. San.-Blas. p. 55.

am ad vniuersos Status emisit 64). Mandato huic iniuste  
renitentes minis armisue ad officium reduxit. Ottocarus,  
Rex Bohemiae, Austriae usurpator, Henricus, Bau. Dux,  
et, qui a partibus eius stabant, quindecim Sueiae Comi-  
tes, e quibus Tritbenius 65) March. de Baden, Com.  
Eberhardum de Wurtemberg 66), Com. de Montfort, Com.  
de Helfenstein, et Com. de Dockenburg nominat, Thuri-  
giae Proceres, et Nobiles, Abb. S. Galli, Com. Sabaudiae,  
Bernates, Confluentini, Mediolanenses, Columbarienses etc.  
partim eius auctoritatem, partim arma vietricia, vti et  
denuo eius magnanimitatem et clementiam, idque saepe  
plus quam vna vice, experti sunt. Sed non nisi coactus  
arma sumxit Imperator pacificus, ideoque omnem nauavit  
operam, ut paces publicas mox particulares, mox univer-  
sales, sed proh! dolor ed breue tantum tempus durar-  
ras, vt iurent Status inter se, adegerit, easque plerum-  
que suomet etiam iuramento firmauerit. „Rudolphus  
Rex, ita habent Annales Colmarienses 67), circa Fe-  
stum Iacobi 1284 ciues Rheni ciuitatum Wormatiae conuo-  
cauit, iuramenta primo facta, secundario per iuramenti  
vinculum confirmauit.“ Et paullo post 68): „Calend.  
April.

64) Ext. *ibidem* L. I. Ep. XV. p. 20.

65) Chron. Hirsaug. ad a. 1274. vbi addit: „Huius maior et prin-  
cipalior causa conspirationis fuit, quod RUDOLPHVS Rex,  
„amator iustitiae et pacis, latrocinia ei depraeationes interdi-  
xit nobilibus regni sub poenis et censuris magnis.“

66) De Com. huius, requiei nescii, moliminibus et perpetuis  
fere cum Casare et Ciuitatibus Sueiae Imperialibus simulta-  
tibus alibi commodior dicendi locus erit.

67) Ad a. 1284. ap. *Vrstif.* P. II. p. 20.

68) Ad a. 1288. *ibid.* p. 23.

April. 1288. Rex RVDOLPHVS, Episc. Argentinenſſ et Ciues Argentinenſes et domini terrae, in Columbaria pa-  
cis foedera iurauerunt. „ In Comitiis, 1281. Moguntiae  
habit, memorabilem illam pacem publicam cum Episco-  
pis, Principibus, Comitibus, Dynastis, Ministerialibus  
et Ciuitatibus Imp. Germaniae inferioris ad Quinquennium  
ſtabilitam Teutonico Sermone promulgauit 69). Eiusdem  
Argumenti est illa, quam a Statibus Franconiae ad Quin-  
quennium paſtam Norimbergae m. Sept. h. a. confirmauit  
RVDOLPHVS 70). Vtrāque in Comitiis Heriboljenſibus 1287.  
ad Triennium prolongata et in Egraniſ 1289 atque Er-  
fordienſibus 1290. cum noua prorogatione ad alios Imp.  
Status extensa eſt. Ciuitates Imperiales nullibi exclusae e-  
rant, et quum Imperator ſpeciali insuper protectione at-  
que cura ſingularum tranquillitatem et ſalutem commendata-  
tam ſibi habuerit, non potuit non Status illarum, dubi-  
us antea atque turbulentus, deuenire longe melior, quietus  
magis atque legalis.

## §. X.

Ciuitates Imp. durante Interregno iacturam Libertatis  
iniuste paſſae a RVDOLPHO in integrum  
reſtituuntur.

FERVIDO eodem zelo, quo Pacis Publicae curam  
gerebat optimus Imperator, ditiones Imperii Ciuitatesque,  
tempore Interregni ab eo ablatas, colligere et ad Imperi-  
um

69) Ex Autogr. Guelpherb. cura et fide Dn. Woebneri transsum-  
tum instrumentum huic pacis, cum variant. lectionibus, de-  
dit plur. rever. Abb. San- Blas. in Cod. Rud. Auctuar. diplom.  
p. 217.

70) Inſtrum. huic, confir. exhibet Schilter. ad Tom. II. Theſ.  
Antiqu. Teuton. paralip. p. 9.

um reuocare 71) annis est, „**RVDOLPHVS** Rex, inquit *Anon. Leobensis* 72), venit in *Spirenfium* Ciuitatem, vbi conuocatis Nobilibus praecepit, vt ea, quae ad Imperium spectant, abducta et ablata indebite non differant resignare. Plurimi metuentes regiam minationem, quae possederant, teste *H. Sterone* 73), voluntarie reddiderunt. Sponte id facere nolentes armis coegit **RVDOLPHVS** et hoc modo multas *Ciuitates Imperiales*, inpr. per *Suciam*, *Franconiam* et *Alsatiam* ab Episcopis vel Nobilibus

- 71) Prouocare hic potiss. solent ad sentent. **RVDOLPHI** in Cur. Soll. Norimb. V. Idus Aug. 1281 latam, vigore cuius omnia, inde a deposit. **FRIDER.** II. ab antecessoribus donata, confirmata seu facta de rebus vel bonis Imperii, irrita declarat, ni maioris partis Princip. Elect. suffragiis approbata fuerint; sed, eur huic sententiae parum vis atque auctoritatis tribuendum sit, rationes, si libet, vide ap. ill. *Gebauer* l. c. p. 411-420, et in Cod. *Rud. San. Blas.* p. 143. Adde litteras confens. Elect. *Moguntini*, quibus ratione terrae *Aloft*, etc. pro *Io.* de *Auenis* in Curia quondam *Wilhelmi* Reg. indicata et a **RVD.** I. Nonis Aug. 1281. E. paulo ante sententiam facta antecess. irrita declarantem, confirmata, a 1283. ratihabet apud de *Gudenus* C. D. M. T. I. p. 805. En ergo post hanc sententiam Ratihabitionem *Electoralem Factorum Wilhelmi*, vii Confirmatio *Caefarea* et *Ottonis*, March. *Brandenburg.* quas *Durand. Thes.* anec. col. 1161. et 1163. exhibet, illam mox praeceperant, et en! nouam rationem, ob quam *dictam sententiam*, quam nonnulli inepte *Constitutionem* vocant, cum *Gebauero* sub- et obreptiti a *Io. de Auenis* impetratam, saltim effectu suo destitutam et executioni non mandatam, credamus.
- 72) Ad a. 1274. ap. *Pez* l.c. T.I. coll. 841. b.
- 73) Ad a. 1277. ap. *Freber* T.I. p. 563. *Comites, Barones et Communitates castra et ciuitates et terras, quas tempore vacantis Imperii, sicut a temporibus FRIDERICI olim Imp. occupatas tenuerant, RVDOLPHO voluntarie resignarunt.*

D

libus oppressas, in statum pristinae suae Immediatatis atque *Libertatis* restituit 74). ALBERTO, Duc. Sax. et ALBERTO, Duc. Brunsvic. iniunxit 75), vt idem, intuitu bonorum in Saxonia et Thuringia, nominetenus in Ciuit. Lubeca, Goslaria, Mühlbusa et Nordbusa ab Imperio auulorum, faciant. Idem *Judices Prouinciales* in Commissis habebant. Quare Hainr. de Werdenberg, Langr. Super. Sueviae, nomine Caesaris, a Conu. Monialium in Bündt editionem tituli possessio-  
num quarundam postulauit 76), et ipse Imperator, Oppidum Seligenstadt ad imperium pertinere contendens, ab Aepifc. Moguntino id possidente, licet valde desuper protessante, vt titulus sibi edatur, praecepit 77). *Paterniacum* (Peterlingen) hodie elegans Bernensis Reip. oppi-  
dum, et Murten Comiti Sabaudiae 78); *Landauiam*, in veteri Spirigouia sitam, Comiti de Leiningen 79); *Mülbu-  
sum* in Sundgouia et Aduocatiam Colmariae, Kaisersbergae  
aliarumque Alsatiæ Ciuitatum usurpatam Episcopo Argentinenſi 80); *Augustanam* quoque Episcopo Augustano 81)  
eripuit, imperioque recuperavit. Oppidum *Selbstadiense*  
(Schlezstadt) cuius dimidia Pars Iurisdictioni Praepos. S. Fidis suberat, Imperiali totum vindicauit 82). Ciuit.  
Wien-

74) Nauckler Chronogr. Vol. 2. fol. 855.

75) d. 27. Sept. 1277. v. ill. Haeberlin l. c. T. II. p. 555. quod mandatum 1279. repetiit, et loco Duc. Brunsv. ad Marchiones Brandenburg. direxit. Ill. Struber l. c. T. IV. p. 94.

76) Wegelin v. d. Landuogt. in Schwab. App. Doc. N. 25. p. 31.

77) A. 1284. ap. Dn. de Gudenus l. c. T. I. p. 810. sq.

78) Albert Argent. ad a. 1289. ap. Vrftif. P. II. p. 104.

79) Schoepffin Alf. ill. T. II. p. 398.

80) Idem p. 423. et Heider l. c. p. 465.

81) Heider l. c. p. 405.

82) Schoepff. l. c. T. II. p. 381.

*Wiemnam*, Imperio restitutam et nominetenus in Pace cum Ottocaro, Reg. Bohem. pacta comprehensam, in gratiam et tutelam recepit 83). Et quis omnia Gloriosissimi Caesaris, ad recuperandum Imperii Patrimonium, sapienter coepita feliciterque gesta enumerabit?

## §. XI.

*Nouae conduntur et ad instar altiarum  
priuilegia nanciscuntur.*

H A V D vero de numero Ciuitatum per recuperatas et ab alieno iugo liberatas a se aucto contentus, multarum insuper libertatis primus Auctor Statorque fit. Vicis quamplurimis Caesar *Ius Ciuitatis* (Stadtrecht), cuius concedendi potestatem, ceu Regale Ius, et in terris mediatis sibi attribuebat, gratiose indulxit, nouasque suas plantationes variis priuilegiis exornauit. In *Alsatia*, sub eius Regimine, XI. nouae Ciuitates, non quidem omnes Imperiales, numerantur 84). Oppida *Arau*, *Biel*, *Braubach*, *Friburg in Brisgouia*, *Meyen*, *Pappenheim*, aliaque, Ciuitatum Imperialium Iura ab eo consecuta sunt; sed causas velim, ne illa ideo statim *immediata* dicas 85). Accidit enim nonnunquam, vt *RUDOLPHVS Oppidis Provincialibus*, vel ad proprias illorum petiriones, vel ad preces Dominorum, qui eximia Ciuit. Imperialium Iura

D 2 aegre

83) v. Laudum Concord. h. Dat. in Castris ante *Wiemnam* X. Cal. Decbr. 1276. in Auctuar. dipl. Cod. Rud. San-Blas. p. 200. Verosimiliter Prinil. *RUDOLPHI* fine die et Consule Ciuitati *Wiennae* datum et a *Georgisch* in reg. Chron. dipl. ad a. 1279, relatum hoc pertinet.

84) *Schoepflin* l.c. T. II. p. 276.

85) Ill. *Haeberlin* l.c. T. VIII. p. 722. et ill. *Struben* l.c. P. IV. p. 100.

aegre ferentes, omnem dabant operam, vt suis quoque, in illarum saepius detrimentum, interdum et in proprium, euentu ita ferente, praeiudicium, indulgerentur, libertates, priuilegia et *Iura* huius illiusue *Ciuitatis immediatae* concesserit, salut tamen illarum medietate. Sic Ciuitati Biello, (Biel 86) Municipio Episc. Basileens, ob specialem dignationem et dilectionem erga HENR. Episc. omnia Iura, quibus *Cives et Major Ciuitas Basileensis* vtruntur, integraliter fruenda impertitur. Ad eiusd. Episcopi, Secretarii Regii, ob grata et placita purae illius deuocionis insignia, prudentibus Viris, ciuibus *Friburgenibus in Brisconia* 87) gratias, libertates et iura, quibus  
ciui-

86) Dat. *Basileae* d. 26. Nou. 1275. Ext. in *Auctuar. Cod. Rud. San-Blaſ.* p. 244. Cui absolum videtur, *Iura Ciuitatis Imperialis habere* et tamen non esse *Ciuitatem Imperii*, et cui de veritate obseruationis nostrae dubium adhuc superest, hunc diploma ipsum perlegisse non pigebit. Quanta hic in terminis diuersitas ab illis, quibus Imperator vii consuevit, si de Ciuitate Imperii immediata illi sermo est?

87) Dat. *Wormat.* d. 10. Nou. 1282. ap. cel. *Schoepfin* in *Histor. Zaringo-Bad.* T. V. p. 275 Oppidum hoc, non confundendum cum *Friburgo in Vchtlandia*, CONRADVS, Dux Zaringiae, iam A. 1112. exfruxit atque libertate donauit, secundum Ius *Colonensis* Ciuitatis, iuramento praefito cum XII. nominatisimis ministerialibus suis super sancta sanctorum - - quod ipse et posteri sui semper eadem iura Burgenibus seruarent. Idem BERTOLDVS IV. A. 1179. cum *Friburgo in Vchtlandia* et *Bertoldus V.* vltimus Zaringiae Dax, A. 1191. cum *Berna*, HENRICO, Imp. confirmante et cunctis Principibus coronae Romani Imperii, qui aderant, contentientibus, fecit; sed posterior, ex vindicta et odio erga suos Vasallos atque ministeriales, vtrunque oppidum in *Vchtlandia*, Bernam videlicet et *Friburgum*, vti §. sequ. videbimus, in manus Imperatoris Imperioque A. 1218. in perpetuum

ciuitas Columbariensis et aliae Imperii ciuitates gaudere noscuntur, de Regali Clementia concedit et de nouo donat, perpetuo possidendas. Oppida Meyen 88) et Hagenbach 89) eandem gratiam a RVDOLPHO obtinent, illud, saluis eccles. Treuirensis, hoc, Spirensis iuribus. Weissenburgum 90) et Selsa 91), Ciuitates Alfaticae, Iura Hagenbachum nanciscuntur, utraque, saluis Abbatiae virius que loci iuribus. Pappenheimio 92), salua medietate, iura Weissenburgum Noric., ciuibus vero in Sintelfingen 93) iura tantum Ciuium de Tübingen, tribuuntur. Habemus hic simul probationem eorum, quae supra de frequentia priuilegiorum vni Ciuitati ad instar alterius concessa.

D 3

tuum tradidit. Vid. diplom. ap. Schoepfl. l. c. pag. 146. sqq. et Tschudl Chron. Heluet. ad d. a.

88) Dat. Franckenfurt d. 29. Maji, ap. Dn. ab Hontheim Hist. Treuir. dipl. p. 823. sq.

89) A. 1281. v. Schoepfl. Alf. ill. T. II. p. 179.

90) Dat. Hagenau d. 15. April. et ibid. d. 11. Mai. 1275. v. Idem p. 359. n. u. et p. 392.

91) Dat. Hagenau d. 6. Mai. 1283. Tum temporis Selsa March. de Baden oppignorata erat. Varia memorabiliaque huius Ciuitatis fata v. ap. eundem l. c. p. 181. sq.

92) Dat. ante Bernam in Castris d. 30. Aug. 1288. ap. Dn. de Falckenstein in Cod. dipl. antiquit. Nordgau N. 97 p. 88.

93) Dat. Hagenau Palm. Mart. 1274. ap. Dn. de Senckenberg in Select. T. II. p. 223. Utrumque oppidum, Sintelfingen et Tübingen, Comitibus Palat. Tübing. olim paruerunt, quibus sanguine et affinitate iunctus erat RVDOLPHVS Imp. qui, dilectis fidelibus suis, Ciuibus de Sintelfingen hanc gratiam impedit, ut caeteri seruendi, promptiorem assumant in animo voluntatem. Quae verba postrema Municipium innuerentur, quod forte ad RVDOLPHVM intuitu ANNAE Hohenbergiae, vxoris suae, pertinebat, cf. Fast. Rud. San- Blas. p. 14. et Cod. Epist. p. 224. sq. n. b. c. et g.

*cfforum*, ceu causa incrementorum sub RVDOLPHO magis subitaneorum, diximus. Hoc modo Ciuitas uno die nacta est, quicquid iuris alteri, ad cuius normam priuilegiabatur, saepe per decursum multorum Saeculorum sensim sensimque adcrevit. Plerumque Ciuitates iura alterius, *praecepis iuribus exornatae*, et quidem *vicinae*, ob similitudinem consuetudinum, *salua tamen, in casu collisionis*, quod quidem iam iuris communis est, *electione*, seu, *praerogativa iurium domesticorum*, interdum etiam plurium Ciuitatum, mox huius, mox illius, mox generatioris, mox articulo tantum *speciali*, ab Imperatore humilime sibi expetere sueverunt. Exempla dicta illustrabant. *Vberlinga*, antiquissima *Villa regalis*, sub Francis olim *Sedes Nunciorum Camerae*, atque a RVDOLPHO I. denuo eximiis plane singularibusque *Iuribus exornata* 94) formam dedit Statui Ciuit. *Buchbornensis* 95) *Rauenspurgensis* 96) et *Memmingensis* 97), eiusdem Imperatoris indultu; hac adiecta clausula: „*Si libertates dictorum Ciuium de Vberlingen, in aliquo articulo contrarii fuerint alicui articulo libertatis praedictae, quae superius est expressa, in contrarietate huiusmodi Ciues de Memmingen etc. quantum ad illum articulum, in quo contrarietas fuerit, suas Libertates per*

94) Dat. ap. *Constantiam* d. 21. Jun. 1275. Ext. in Auctuar. Cod. Rud. San- Blaf. p. 229. cf. doctiss. Ignat. Koleri consil. polit. sambt rechtl. Abhandl. der Reichsstadt *Vberlingischen Regiments*, Wahlverfassung und Zuständigkeite. Constant. 1770. ed. §. 259.

95) Dat. ap. *Constant.* d. 30. Jun. 1275. Ext. in Illustr. *Moser*. Reichsstaedt- Handbuch. T. I. p. 262. Confirmatum et extensum est hoc priuileg. ab Alberto R. R. 1299.

96) Dat. *Rauenspurg* d. 10. Ianuar. 1286. ap. *Eund.* T. II. p. 468.

97) Dat. *Augustae* d. Ian25. uar. 1286. ap. *Eund.* T. II. p. 222.

*per nos ipsis traditas, obserabunt.* „ Ciuibus de Laupen 98) omnia Iura Bernensium indulget Imperator, hoc sub additamento: *Rationabiles consuetudines et honestas,* quas praefati Ciues nostri de Laupen hacenus tenuerunt, ipsis nibilominus confirmantes, „ VLMA 99), quae paulo post iis ipsis Ciuitatibus, quas a RVDOLPHO Iuribus Vberlingenum exornatas iamiam vidimus, formam suam dedit, simpliciter nulla addita clausula, et generaliter ad instar Ciuitatis Esslingenensis priuilegiata est. E contra Ciues Vberlingenses 100) in articulo tantum Appellationis Ius et statuta Friiburgensem sequi iubentur, et in Priuilegio Ciu. Araueniſi 1) Arau, (ditionis Bernensis) dato, RVDOLPHVS inter alia ita disponit: *Ouch han wir ibn gesetzet und ze Rechte gegeben, wer ihres Herren buld verlieret der soll besser ume, nach der bessirunge deren die zu Rynfelden, zu Kolmar und alder in andern frien Steten stat.* It. *Ouch han Wir ibn gesetzet Lebenrecht nach andern frien Steten.* „

### §. XII.

*Discrimen Ciuitatum in liberas, et Imperiales in specie  
sic dictas, Frey-Staedte und Reichs-Staedte.*

EN! iam sub RVDOLPHO nostro denominationem  
der frien Steten, quod ex alio Eius diplomate 2) luculen-  
tius

98) Dat. ap. Baden d. II. Iul. 1275. Ext. in Auctuar. Cod. Rud.  
San. Blaf. p. 243.

99) Dipl. v. in Mantissa Docum. h. Diff. adi. N. II.

100) In Priu. Rudolphino n. 94. cit.

1) Gegeben zu Lutheren (Lutrae, Super. Alsat. Oppido) an  
dem Donnerstag angehende Fasten (d. II. Mart.) 1283. Ha-  
betur in Auctuar. Cod. Rud. cit. p. 247.

2) Dat. Viennae d. I. Decembr. 1276. Exhibit illud immortal.  
Das de

tius adparet, in quo *Brubacum*, oppidum Nobilis Viri *Goffridi de Epinsteine*, eisdem libertatibus, quibus aliae ciuitates Imperii sunt dotatae, ex plenitudine regiae potestatis, suo et Imperii in omnibus lure salvo, dotat, praecepitque, vt in antea *liberi oppidi* nomen, titulum atque Iura sibi debeat vindicare. „ Sistit ergo nobis diploma hocce exemplum 1. *Oppidi liberi*, einer *Freystadt* 2. *Iuribus Ciuitatum Imperialium*, der *Reichsstaedte*, donati, quod tamen ipsum non est *Ciuitas Imperialis*, sed est et manet 3. *Municipium*, eine *Landstadt*. Nimis prolixum esset, omnia, quae ex his propositionibus deriuari possent, Collaria hic deducere et, ad normam illorum in varias Eruditorum sententias 3) de distinctione *Ciuitatum in Liberas atque Imperiales*, et, quinam harum, qui illarum sit character distinguius, inquirere. Nonnulla tantum, quae sponte sese offerunt, in re hodienum antiquata, aduluisse sufficiet. Primum discimus ex allegatis Diplomatibus Rudolphinis, hanc distinctionem longe antiquorem esse, ac vulgo traditur. Antiquissima enim exempla 4) ad quae hic usque prouocarunt, sunt demum de A. 1356. Vnum est, ubi CAROLVS IV. Imp. Ciuitates *Moguntiam* et *Spiram* liberas, adpellat. Alterum vero praebent litterae BYRCARDI, Alsat. Praefecti, quibus Senatus *Argentoratensi* Constitut. Caesaream de abrogandis *Pfalburgeris* his verbis notificat: „dass der Keyser allen Fürsten, Grauen, Frigen, Herren, Stetten des Rycks

Dns de *Senckenberg* in Select. T. II. p. 593. Sed dolendum est, quod memorabilis huius diplomatis Editori grauissimo et competenti in hoc scientiarum genere Indici, haud placuerit, per doctiss. annotationes, vti alias solebat, lucem illi adfundere.

3) Quas recenset Pfeffinger ad Vitr. illustr. T. II. p. 775.

4) Ibidem it. Lehmann Chr. Spir. L. VII. C. 50. p. 804.

Rycbs unde Frigen Stetten gebotten habe, semliche Burger abzelassende etc. Nos vero iam sub Rudolbo I. oppida Arau, Colmar, Rynfelden etc. et Brubach fuisse libera, Frey-Staedte, nouimus, et, si ea, quae supra in not. 87. de viroque Friburgo et Berna dicta sunt, curatus perpendimus, quominus iam Saeculo XII. libera oppida illa dicamus, non video, quid impedit. Nomen ipsum Friburgum, eine freye Burg, liberum Burgum, liberum oppidum indicat, et diploma ibid. ex Schoepfli Hist. Zar. Badens citatum expresse innuit, Statores horum Burgorum, Duces Zaringiae, Burgenes libertate donasse, liberos declarasse, priuilegiis Colonieniis exornasse, has libertates corporali iuramento firmasse et ut ab Imperatore et Statibus confirmantur, curasse. Non obstat, quod haec Burga libera nihilominus Municipia Auctorum suorum eorumque successorum usque ad A. 1218. manserint, 5) quo demum, vti vidimus, ab ultimo huius nominis Duce Imperio tradita sunt, seruato liberarum Ciuitatum nomine. Per id ipsum portius secundum, quod ex diplomate Rudolphi I. deducimus, Corollarium robatur, quod scilicet communis assertio: omnes Ciuitates Liberas fuisse Imperiales, non vero v. v. et conclusio, quam inde formant: Imperiales et dignitate et iuribus Liberis cessisse, si non prorius falsae, saltim nimis generaliter enunciatae sint. Ipsae Bureardi litterae mox allegatae, ad quas prouocant, pro nobis faciunt, dum, ordine Stratuum curate seruato, Imperiales, die Stette des Rycbs, praeponunt liberis, den Frigen Stetten, quem ordinem

E

etiam

5) In dipl. not. 87. cit. FRIDERICVS II. Imp. Bernenses in suum et Imperii Dominium recipit, iisque inter alia confirmat libertates a BERTOLDO Duce, quondam Domino vestro, datas.

etiam *Jacob von Königshofen*, scriptor Saec. XIV. obseruat 6). Tertio ex nostris diplomatibus, quibus adhuc iungo testimonium *Bromeri* 7) de quinque Dioec. Treuirenſis oppidis, *Monthaborio*, *Beroncastello*, *Wittlichio*, *Saraburgo et Billichio*, quae *RUDOLPHVS I.* petente Praefule, *libera declarauit*, signatisque sigillo suo diplomatibus, ius eius libertatis id omne confirmauit, quo ciuitates et oppida donare consueuit, concludere quidem possumus, quid *Libera Ciuitas* non sit, et hic ad unum fere omnes ICtorum definitiones inapplicabiles inueniemus. Quidam *liberas* vocant, quae *nunquam* fuere *mediatae*. Et tamen *Braubach* et dicta s. oppida *Treuirenſia* sunt manentque *mediata*. Aliis *Sedes Episcoporum* hoc nomine insigniuntur, vel eo aeuo, quo paroemia: *unterm Krumstab* ist<sup>t</sup> gut wohnen, adhuc vera erat, vel illo, quo hae Ciuitates ab Episcopis, qui procedente tempore in eas quoque criftas erigentes, aduocatiae aliaque, quae illis a Caesare concredita erant, iura in dominatum mutare studebant, iusto nimis pressae, in significantius immedieratis suae testimonium, proprio ausu *nomen liberarum Ciuitatum* assumpsisse sequere potestati Episcoporum, annuente Caesare, subduxisse dicuntur. Sed et haec explicatio, cui Viri eruditissimi 8) subscribunt, nec ad *Bernam*, nec ad *Friburgum*, nec ad *Arau*, nec ad *Braubach* etc. quadrat. Alii denique, vt reliquias minoris momenti opiniones silentio premam, hanc libertatem in *immunitate a seruitiis* et

6) In Chron. Alsat. c. 2. p. 128. §. 202. *Hie von Warent große Irrunge in der Pfaffheit, in des Riches Stetten, und in den frigen Stetten.*

7) Annal. Treuir. ad A. 1291. L. XVI. p. 172. b.

8) E. gr. Ill. *Eßor Anmerkung*, über das Staats- und Kirchenrecht. 36 Hauptstück p. 579. §. 395. It. *Celeberr. Treuer* disserrt. de Logomach. de Ciuitat. mixtis §. 14. p. 32. sq.

*et oneribus publicis quaerunt: sed sententiae huic ita generaliter enunciatae diploma de Brubaco obstat videtur, siue onera Imperatori soluenda intelligas, nam R V D O L P H V S suum et Imperii Ius expresse satuum esse iuber, siue onera domino Ciuitatis, Nobili de Epinsteim, praestanda; hunc enim Imperator per hoc priuilegium, oppido suo datum, gratioſo fauore, ut premium merito respondeat, vt ipſe loquitur, prosequi vult. Facilius itaque et hoc loco esse comperimus, dicere, quid res non sit, quam quid sit, adaequate determinare, et nemo in re tam vetusta et tot tenebris obnubilata, tacentibus diplomaticis atque Scriptoribus coaeuis, cum tantis Viris id ignorare, vitio nobis vertet.*

### §. XIII.

*Continuatio eiusdem argumenti, cum conjectura de vero  
huius distinctionis fundamento.*

Q V O D S I vero tot diuinationibus diuinationem addere licet, priuilegium saepe iam allegatum FRIDERICI II. A. 1218. Bernensibus datum, verum ciuitatis liberae characterem exprimere, nobis quidem viderur. En! ipsa diplomaticis verba! „*Nos Burgum de Berno et uniuersos Burgenses in nostrum et Imperii Romani dominium recepi- mus et defensionem, in perpetuum vos liberos facientes et posteros vestros, et absoluente ab omni seruiti exactione, ne, qua oppressi fuistis, nisi tamen a censu domorum et arearum vestrarum - singulis annis de fundo Imperii persoluendo, per cuius census solutionem vos et posteros vestros liberos esse volumus ab omni alia seruiti exactione a nobis et a cunctis successoribus nostris vel nostris Vicariis et hanc libertatem et immunitatem vobis potestate Regia confirmamus. — Insuper omnia Iura et Libertates, quae in Rodalibus vestris communi et sano consilio decreueritis*

E 2

appo-

apponenda, vobis auctoritate Regia concedimus et confir-  
mamus, praesentibus et annuentibus Coronae nostrae Princi-  
pibus". Libertas itaque Ciuitatum duobus absoluta esse  
videtur requisitis, Autonomia nempe atque immunitate  
ab omnibus iactionibus seruitisqne, praeter Censum area-  
rum. Census hic 9), qui et dicitur *Census regalis, dena-  
rii regales, Königs-Pfennig, Wortzins, Witzins, Was-  
schare*, de fundo Imperii solvendus, sua natura multum  
differebat a *Steura Regali seu Imperiali, der Königs-Steuer,*  
quippe quae primitus erat *Precaria, Bede, Beete, fudsidi-  
um*, vt cum modernis loquar, *charitatuum*, quod vero,  
procedente tempore, in *necessarium atque ordinarium de-  
generauit*; quodque sub appellatione *Stüræ-Vrbis,  
Reichs-Staedte-Steuer*, et hodienum a paucis quibusdam  
Imperii ciuitatibus annuatim solvitur. Praeter hanc Steu-  
ram Ciuitates olim multa adhuc ferebant onera, vti §.  
sequi videbimus, a quorum omnium praestatione immu-  
nes erant *Ciuitates liberae* 10), excepto tantummodo *Cen-  
su Arearum*. Hic ab *vtrisque*, tam liberis, quam Imperialibus,  
sensu specifico summis, ni per specialia priuile-  
gia et ab hoc onere exemptis 11), vel in *Cameram Imperia-  
lem*.

9) Celeberr. *Gruppen* in Orig. Hannouer. C. II. §. XVI. p. 122 - 131.

10) Sic Litterae RUDOLPHI I. ad Ministeriales eius in Alsatia 1277. datae, supersunt, quibus cauet, ne viliae ab Argenti-  
nenibus precarieae ullo in loco exigenterentur. v. Wenck de Vilzburger. p. 5. S. P. Q. *Regenspurgenß ad Rescript. CAROLI VI.* Imp. 1714. responderunt, te nullo unquam tempore Steu-  
ram imperialem soluisse v. Perill. *Moser gr. Staatsrecht.* P. VI. L. II. c. 131. p. 518.

11) Haud raro tota Ciuitas, saepius singulae tantum personae ab  
hoc censi liberabantur, cum primis *Nobles* et *Clerici*, fun-  
dos in Ciuitatibus possidentes. Sic RUDOLPHVS I. XII. de  
Con-

lem 12), vel cui Imperator illum assignauit 13), praefatur, et, vbi soluitur, *praeumptionem loci Fisci Regalis* operatur. Quum autem duea hae praestationes, der Königs-Zins und die Königs-Steuer, a Scriptoribus non sémper

E 3

ac-

*Consilio Burgi Brisacensis*, e gremio Ciuitatis annuatim eligendos, liberos esse iubet anno illo duorum solidorum census nostris, qui ab omnibus Burgenibus praedicti Burgi nobis annis singulis debentur, in dipl. ap. *Briſack d. 25. August. 1275*, quod exhibet Vir inexhaustae eruditio[n]is, ill. *Schoepflin* in Hist. Zar. Badenf. T. V. N. CLIV. p. 259. *Hailbronnenſes* a L. v. D. o. v. i. c. o. Bav. Imp. Priuileg, obtinuerunt, quo, se non amplius Ciues singulos ab hoc onere liberaturum esse, promittit 1318.

12) Hinc principaliores Ciuitates ipsae nonnunquam honorifica sub appellatione: *Camere Imperialis*, veniunt. E. gr. *Veſtuntio* nobile Imperii membrum et ipsius facri *Imperi Camera principialis* audit in dipl. ap. *Chiffet l. c. P. I. p. 237*. Similiter *Hagenau* hoc elogio, paucis Imperii vrbibus communi, condecoratur v. *Schoepflin* Alf. ill. T. II. p. 358. n. X. *Francofurtum* id in Sigillo suo maiori exprimit hac inscriptione: *Francenfurt specialis Domus Imperii*, cuius ectypon vide sis ap. *Schannat* in Client. Fuldenf. p. 252. cf. generof. ab *Olenſchläger* N. Erlaenter, der G. B. §. 9. p. 25. sqq. Ill. *Haerberlin* l. c. T. II. p. 323. et T. VIII. p. 267-273.

13) *Hic census* vel cum ipsis rebus fisci Regalis vel separatis, multifariam, Imperatorum liberalitate, in priuatorum manus, cumprimis *mortuas*, venit. E. gr. *Charta FRIDER. II. de 1220*. ap. *Leukfeld Antiqu. Blanckenb.* p. 97. ita: „*Areas clauſifrales et censum arearum ciuitatis* (Northufen), qui *Wirzins* dicitur, volumus Eccleſias perinanere. It. IOH. et GERH. Comites Holſatiae A. 1235. ap. *Lambecl. Lib. II. Rer. Hamburg. n. 236. Hamburgenibus censu Arearum*, quos habuerunt, vulgariter *Königes-tins*, infra munitiones ciuit. Hamburg. nuncupantur, dimiserunt, libere et quiete absque impedimento, *iure haereditarioro* ipsis et successoribus eorum in perpetuum.”

accurate satis distinguantur, quumque fortassis vel a Caesareo Fisco vel a Ciuitatibus ipsis, extinta per decussum multorum annorum rei originis memoria, nonnunquam inuicem confunderentur, ita ut quod titulo *Census regalis* debebatur, sub nomine *Stcurae Imperialis* ab illo exigeretur et ab his solueretur, mirandum sane non est, quod *exempla* de eadem Ciuitate prolat*a* *sibi non con-*  
 stent<sup>14)</sup> quodque tam multa, *ad parenter saltim contraria*, huic coniecturae opponi queant. Quid? quod ipsum illegatum diploma a **RUDOLPHO I.** Brubaco datum cruce nobis figeret, ni verba: *saluo Imperii Iure*, explicationem de solo *Censu Arearum aliusque quibusdam regalibus*, Imperatori ibidem, vti et in aliis Ciuitatibus Liberis, competentibus E. gr. de telonio de nauibus Rhenum apud Brubacum transuehundis foluendo, admitterent. Quaecunque ergo Ciuitas buiuscenodi *immunitate*, coniuncta cum *Autonomia* praedita fuit, illa medio Aeuo *Liber* audit, *sue fuerit mediat*a* sue immediata*. Illa per Autonomiam a *municipiis simplicibus*, haec per dictam immunitatem a reliquis *Imperialibus*, vtraque per vtrumque requisitum collectiue sumtum a *Ciuitatibus non-liberis*, *sue mediatis*, *sue immediatis*, distinguebatur. Illa come obsequium, quod haec, pro sua libertate, *Imperatori*, suo praestabat *Domino*, salua suprema Caesaris potestate; neutrius enim libertas inuoluit exemptionem ab Imperio. Illa simpliciter *Freyßadt*, haec, vtroque et immediatis et libe-

14) E. gr. *Franckfurt et Hagenau* in litteris Foederis Ciuit. *Constantiae pac*t* A. 1385*, inter *Ciuitates Imperiales*, eadem vero in recessu Conuentus Ciuitat. *Eßlingen*. A. 1486, inter *Liberas* referuntur. Et *Basilea* in eodem dicti foederis instrumento in introitu *Libera* appellatur, circa finem vero *Imperialibus* adiungitur; quod quidem errori *Tabellarii* tribendum erit v. *Pfeiffer* l. c. T. II. p. 775. sq.

libertatis titulo coniuncto, per saepe freye Reichs-Stadt adpellatur. Inde venit, ut *liberas Ciuitates Imperialibus* mox *ante-* mox *postpositas* deprehendamus. Si de *Liberis pure immediatis* fermo est, *Ius Proedriae* prae *Imperialibus* merito *eis* tribuitur; si vero *coniunctim et simpliciter liberae Imperialibus* opponuntur, tunc *hae*, ob *immediatatis et status qualitatem*, et quoniam sub illis hoc respectu et *liberae immediatae* comprehenduntur, praecedunt. 15)

## §. XIV.

*Steurac Imperiales ordinariae et extraordinariae  
Ciuitatum Imperii.*

NOSTRO Aeuo prouentas vtilitatesque 16), quas *Ecclius regalis in ciuitatibus* percipiebat, admodum multiplies, longeque pinguiores erant, ac in sequentibus temporibus. *Steura imperialis urbica*, *Reichs-Staedte-Steuer*, *Vrbar-Steuer* 16), cuius a *Censu Imperiali* differentiam §. antec. ostendimus, primo loco hic nominari meetur. Haec sub *RVDOLPHO* admodum ampla fuit.

*Au-*

15) Ad illustrationem dictorum multum facit ill. *Strubenit do-*  
*ctiss. tract. von den Hoheits Rechten mittelbarer Staedte*, inpr.  
§. XXII. in d. Nebenst. I. Th. p. 493-606.

16) Aliqualem illarum specificationem exhibent *Pfeffinger* Vitr.  
ill. T. I. p. 797. sqq. *Wegelin* l.c. p. 98. sqq. *Schiller* T. II.  
Inst. Iur. publ. Tit. XIX. p. 99-102. *De statu hodierno Perill.*  
*I. I. Moser v. Röm.* Kayser, König u. Reichs - Vicarien Cap.  
VIII. p. 535-581. It. *Eiuds. gr. Staatsrecht* P. VI. L. II. c. 131.  
p. 474-538.

17) *Engelkrecht* diss. de Steura Imp. ord. Ciuit. Imp. Gryphisw.  
1751. 4.

*Augusta Vind.* 18) annuatim 425 libras, *Turegum* 19) 500. libr. seu 200 Marcas, *Colmaria* 20) 375. libr. s. 150. marc. argent. *Hagenouia* 21) totidem pro steura soluerunt. Multa insuper extraordinaria subsidia **RVDOLPHVS**, parsimoniae deditus regiisque honoribus ex propriis digne sustinendis impar, a Ciuitatibus exegit. Sic pro celebrandis *Conitiis Norimbergensibus* a Ciuitatibus aliisque Imperii fidelibus eiusmodi subsidium petiit, quum, vi ipse loquitur 22), tanti negotii magnitudini et tam sumptuosae festivitatis agenda solemnia per nos ipsos sufficere non possumus. Inter alias rationes commouentes et hac vtritur: *Vestra prudentia non ignorat, quod Regiae dignitati in decentiae maculam nec non vobis cederet nocumento, si, quod absit, necessariarum rerum cogente defitu, pro nostris debitis vos et alios nostros fideles contingat pignorationis incommmodo molestare.* Hermannus a Bonn-  
stetten, advocatus et Consules Turicenses in litteris reuersalibus 23), Abbatii S. Blasii de nullo praeiudicio ob contributionem ab illo sibi datam oriundo traditis, queruntur, se gene-

- 18) Vi Apochae **RVDOLPHI** pro Steura 3. annorum, solutis 400. libr. et remisso debito 350. marc. Dat. *Augustae* d. 9. Mart. 1276 Nam 350. marc. a 2½ libr. eum 400. libr. faciunt 1275. libr. pro 3. ann. ideoque singulo anno 425. Licet Heider l. c. p. 386. ex *Gaffero* referat, *Augustam* annuatim 500. marcas Steurae nomine soluisse vsque ad a. 1329. quo illa a **LUDOVICO** iV. Imp. vsque ad 400. libr. diminuta est.
- 19) Vi trinum dipl. **RVDOLPHI** I. (1) dat. in *Mellingen* d. 6. Mart. 1283. (2) dat. *Thuregi* d. 29 Sep<sup>t</sup>. 1286. et (3) dat. ap. *Baden* d. 21. Febr. 1291. Ext. in auctuar. Cod. Rud. San-Blas, app. alt. N. XII. XV. et XXIV. p. 246. sqq.
- 20) *Schottpf. Alsat. ill. T. II. p. 370.*
- 21) *Ibid. p. 357.*
- 22) Litter. exhibit. Cod. Rud. San-Blas. L. I. N. XVII. p. 22.
- 23) Dat. *Thuregi* d. 4. Iun. 1277. *ibid.* in Auctuar. p. 244.

generali exactione seu Stüra per glorioſiſſ Dn. RVDOLPHVM,  
*R. R. intollerabiliter p̄aegrauari:* Et cui non ex historia  
 conſtat, *Aquisgraniensēs* 24) *GVLIELMVM V. Comit. Iu-*  
*liacens.* cum duobus filiis multisque militibus, a Ciuibus  
*exactiōne, quam eis Rex ordinauerat, exigentem 1278. mi-*  
*férabiliter trucidasse. Columbarienses* 25) et *Wetzlarienes*  
 26) *tricesimam rerum suarum, quam Imperator a Ciuitati-*  
*bus Imperii 1284. exegit, dare nolentes, pertinaciter ſe*  
*oppofuere, et priores non niſi coacti vno hoc anno libra-*  
*rum XXX. millia transmiferunt. Paullo ante obitum ſuum*  
*RVDOLPHVS, partim ob magnum in Comitiis Erfordiensib⁹*  
*ſolenniſſimis aes alienum contraſtum* 27), *partim quod,*  
*teſte*

24) *Ibid. p. 118. n. 2. Annal. Colmar. ad a. 1278 et 79. vbi An-*  
*nalista, Sculpetum de Aquigrano in Eccles. a procuratore*  
*Regis ideo interfeclūt fuisse, refert.*

25) *Annal. Colmarienſ. ad init. a. 1285. ap. Vrſif. l.c. p. 21. Inde*  
*odium et malevolus huius Annaliftae animus erga Rudolphum,*  
*per totam historiae regiminis Rudolphini narrationem admo-*  
*dum perficuus explicari potest.*

26) Qui et insimul *Pseudo-Fridericum* intra ſuos muros foue-  
 rant, eumque Imperatori extradere negabant, quare hic ca-  
 ſtra vrbi admouit, ciues *Wezlarientes* ad obsequium reduxit,  
 impoftemque rogo injectum cremari iuſtit. cf. *Faſt. Rud.*  
*San-Blas. p. 144. et dipl. RVDOLPHI dat. Spirae d. 25. Iul. 1285.*  
 apud *Lünig Reichs-Arch. P. Spec. Cont. IV. P. II. T. XIV.*  
 p. 473.

27) *V. charta in Cod. Rud. cit. Auctuar. p. 253. d.d. Baden d. 19.*  
*Febr. 1291. vigore cuius ciues *Turicenses* Mille marcas Ar-*  
*genti, nomine *Rudolphi I.*, ciuib⁹ *Erfordiensib⁹* foluendas*  
*in ſe ſuſcipiunt. lung. Syngrapha Rudolphi pro traditis his M.*  
*marcis Dat. ap. Baden f. d. 1291.*

teste *Tübodis* 28). Ciuit. *Lucernam* aliaque bona pro filio suo ALBERTO ab Abbatे *Murbacenſi* grandi pecunia emerit, Ciuitates nouis exactionibus onerauit. Melius sibi consulere ciuitates, quae, pro certa annua pensione, omnium utilitatum, quae apud ſe fisco regio cedebant, perceptionem ac libertatem a reliquis exactionibus ſibi comparaverant, quale priuilegium *Muhlbuſa* in Thuringia 29), a RYDOLPHO obtinuit.

## §. XV.

*Alique prouentus Caſarei in iisdem.*

Alius reddituum fiscalium fons isque vberrimus erant *Iudei* per totam Germaniam, inprimis in *Ciuitatibus Imperii*, degentes, qui et ideo nomen *Hominum Fiscaliorum*, *Seruorum Camereae, Focenatorum Regis* 30), *Kayſerl. Cammer-Knechte*, gerebant. Quilibet Iudeorum vtriusque Sexus, quam primum annum aetatis XIII. attigerat, non folum aurum coronarium Regi neo-electo,

die

28) Chron. Heluet. ad a. 1291. P. I. p. 204. *Als K. RYDOLPH den Kauff mit Lucern tun wolt, auch Herz. ALBRECHT ſiſ Sun mit Verkriegen vil brucht, legt Er vil Stett und Gottzbuſern ein groſſe Überſtſur uff. Zürch muſt geben 1500 March Silbers; Coſtenz 1200. M. Colmar 500, M. und mer dann für 1800. Gulden Spyß. und andre Stett auch jedz nach Geſtalt jres Vermögens, deſſen ſi vast unwilling waren, und Herzog ALBRECHTEN die Schuld gabend. De Colmariā dička conſimmat Schoepſlin l.c. T. II. p. 370.*

29) Dat. *Geilenbuſen* d. 20. Mart. 1274; in quo Imperator Sculteto, *Scabinis et viuieris ciuibus de Mulenbuſen omnes prouentus ciuitatis pro eadem pensione concedit, quae de eisdem bonis dari ab antiquo conſuevit, usque ad voluntatis beneplacitum. Ext. in perill. atque excellentiſſ. Graſhofi Comment. de orig. et antiqu. S. R. I. lib. Ciuit. Muhlbuſae, app. Docum. N. XXXI p. 200.*

30) *Moriz von Worms* P. I. p. 412. n. c.

die Cronsteuer, sed totidem singulis quoque annis circa Festum nativitatis Christi, den Iudenzins, den Opferpfennig, in Cameram Imperialem offerre debuit 31). Numerus Iudeorum in Germania nostro aeuo longe maior, eorumque conditio ciuilis melior erat, ac hodie, et quanto maiorem Fisco Caesaris parabant utilitatem, tanto curatus huic Regali inuigilabant Imperatores. *Fridericus II.* Imp. 32) „quod omnes ac singuli Iudei degentes ubique per Terras nostras Iurisdictioni subiectas, Christianae Legis et Imperii Praerogativa - - Serui sunt nostrae Cameræ, speciales Personas, Filios, Filias ac omnia bona eorum - - sub Protectione sua et imperii recepit speciali etc. Huius Imperatoris nimiam in Hebraeos improbat indulgentiam *Richerius* 33). *RICHARDVS Rom. Rex A. 1262.* de illis ita ordinavit 34): *Mandamus, ut Iudei de Hagenowe, camere noſtre serui, noſtre cameræ tantum et per noſtras patentes litteras seruant, nec ab aliquo, quicunque fuerit, ad indebita et inconsueta seruitia compellantur.* Quis dubitare poterit, quin RVDOLPHVS noſter haec Antecessorum suorum vestigia fecutus fuerit? *Bernates* 35) qui Iudeos, in detrimentum Fisci regalis, contra proibitionem Caesaris e vrbe sua eiecerant, secunda vice obfitione cingit, ad obsequium illos redacturus. Ciues Moidione cingit, ad obsequium illos redacturus.

F 2

gum-

31) *Lochner* diff. de reseruato Imperatoris exigendi aurum *Coronarium* a Iudeis etiam in aliorum statuum Imp. terris de gentibus. Alt. 1726. 4. *Perturb oratio de Iure Imperatoris* exigendi a Iudacis aurum coronarium annumque censum, vulgo *Nummum oblatorium* dictum. Helmst. 1743. 4.

32) In Priuil. de 1234. ap. Petr. de *Vineis* L. VI. N. 12. p. 7II.

33) *Chron. Senon.* L. IV. C. 33. ap. *Dacherium Spicileg.* T. II. p. 640.

34) *Schoepflin* Alf. ill. T. II. p. 356.

35) *Tschudi Chr. Helvet.* ad a. 1287. p. 194.

guntinos 36), Iudeos grauiter persequentes, castigat horumque bona direpta pauperibus dari iubet. E contra etiam ipsos *Consules Iudeorum Moguntinorum* 37), qui *Aepisc. Mogunt.* cuius *speciali protectioni* 38) gens Hebraeorum German., absente Imperatore, commendata est, momen gerere nolebant, ad respondendum super querimoniis Praefulsi, in iudicium vocat, Iudeosque *Gelnhusanos* vna cum medietate *Vngelti*, quae ad Imperium pertinet, in vrbe *Frankfurt et Geylinhusen*, *Vlrico de Hanoume* obligatos affignat 39). *Telonium Boppardiae* Com. de *Cazenelbogen* ad summam MC. marc. oppignorat 40). Filio suo naturali, *ALBERTO*, Comiti de *Loewenstein* eiusque legitimis haeredibus, *omnes Decimas in Ciuit. Heilbronnenſi* ad imperium pertinentes in feudum confert perpetuo possidendas 41). Tam *maiores* de agris cultis et noualibus, *Rottzebnden*, quam minutae decimae, vulgo *Ochtmund* 42) dictae, multis in Ciuitatibus mediatis et immediatis olim ad Fiscum Regium pertinebant. Et quantas utilitates Imperatores nostro adhuc aevo ex Ban-

no

36) Fast. *Rud. San-Blas.* p. 132.37) Dat. in Castris ante *Stuttgart* d. 23. Sept. 1286. Ext. in *Auctuar. Cod. Rud.* cit. p. 237.38) Schwaebl. Land - und Lehen - Recht C. 24. ap. *Goldast P. I.* der Reichsfatzung. p. 37. vbi: *Der König soll auch alle sein Iuden, die in teutschen Landen sein, seinem Canzler empfehlen, das ist der Bischoff von Menz.*39) V. duo dipl. vnum dat. *Spira* d. 13. Decembr. 1286. alterum dat. *Ersordiae* d. 11. Iul. 1290. Ext. in celeberr. *Ortb. Abh.* v. d. 2. Reichs-Messen in Frf. am M. p. 660. sq.40) Dat. *Moguntiae* d. 17. Decembr. 1281. ap. Dn. de *Gudenus* C. D. M. T. I. p. 784.41) Dat. *Hagenau* d. 23. Mai 1283. ap. ill. *Schoepfl. Hist. Zar. Bad.* T. V. N 169. p. 278. iunct. N. 293. p. 312.42) E. gr. *Otto* Com. ab *Euerstene* 1245. ciuit. *Holzminden* recognouit

*no sanguinis, multis 43), officiis Sculteti, et, qui in recognitionem commissi huius muneris dari fuerunt, Centibus seu Canone, Ammanneldern, ex moneta, Iure patronatus primarum precum 44) bona vacantia et proscriptorum confiscandi 45), ex detraectu 46), conduce ad nundinas, venationibus, forestis 47) punctionibus fluminibus, metallifodinis, molendinis 48) et quae sunt reliqua, in Ciuitatibus imperialibus earumque districtu, perceperunt? Ad horum reddituum iuriumque regalium administrationem et inspectionem proprii constituti erant Officiales Caesarei, Aduocati, Sculteti, Vice-Comites, Burggrauii, Camerarii, Telonarii, Monetarii, Forestarii etc.,*

F 3

qui

*nouit libertatem iure Imperatorio, ut nullam decimam dent in habitantes ibidem, qui vulgo Ogtme vocatur. Grupen l.c. C. II. §. XVII. p. 131.*

43) Si quis *Burgensem in Brischach* homicidio commisso auffuerit, heredes eius *Nobis decem*, et *Iudici* tres libras persolvent. Si quis gratiam deineruerit, pro recuperanda *nobis* 10. *Iudici* 3. et laeso 3. libras persoluet etc, ita in priu. *RVDOLPHI* supra p. 36. n. II. cit.

44) *RVDOLPHVS* vniuersitati Ciuium Bisontinorum *primas presces* porrigit, dat. in Castro *Sanecke* d. 19. Aug. 1282. ap. *Chifflet* in *Vesunt*. P. I. p. 230.

45) V. Priu. *Briscenses* dat. iamiam alleg.

46) V. consultiss. *Bonhofffer* diff. inaug. doctiss. qua *Ius detraectus* superior. territ. vindicatur etc. *Goetting*. 1773. 4.

47) Paul. Iac. *Feuerlein* diff. de territorio Norico etc. praeſ. illustr. *Eisenhart*, Helmſt. 1773. 4. §. 3. 4. et 5.

48) E. gr. *RVDOLPHVS* quatuor *Molendina prope Überlingen*, *Rietmühl* dicta, *Imperatori ratione Imperii*, vt ipſe loquitur, *attinentia*, *Gozvino de Hohenfels* oppignorat. Dat. *Viennae*, d. 31. Mart. 1277. Notatu dignum est, *ANNAM Reginam* hanc

qui vtr plurimum *Aduocatis Provincialibus*, den *Landvögten* 49) gestae administrationis officiique rationes reddere debebant. Sed inde a Saxonis Imperatoribus omnia haec regalia utilitatesque vel cum aliis statibus, inpr. Episcopis, in suis Sedibus, hinc tot *Seruitutes iuris publici* in nonnullis Imperii ciuitatibus vel hodieum inueniuntur, vel cum ipsis *Ciuitatibus* earumque Senatibus, vti mox videbimus, variis modis communicata fuerunt. Quapropter *domanium imperii* 50) ita iam deminutum sub *RUDOLPHO I.* exiliebat, vt *Principes Electores Imperatori*, de Imperio meritissimo, *ALBERTVM* filium in Regem eligendum eis commendanti, teste *Trithemio* 51), hoc responsum dederint: *eum se Regem habere viuentem, super quem alium inducere non licet; etenim satisfacere uni pro maiestatis honore vix possint, multo minus duobus sufficerent.*

### §. XVI.

*His aliisque ex causis Ciuitates Imp. Rudolphi gratae. Quare illarum immediatati prospicit; nihilominus tamen quasdam oppignorat.*

FACILI negotio ex dictis intelligi potest, quantum Imperatori interfuerit, vt Ciuitates tot tantorumque redditum fontes, Imperio seruarentur. Et si his omnibus procluem Ciuitatenfium animum, sumtuosumque adparatum, quo ad Comi-

hanc oppignorationem Caesaream confirmasse in litt. dat. *Viennae* d. 6. Aug. d. a. Vtrumque dipl. exst. in Auctuar. Cod. Rud. San. Blaf. p. 244. sq.

49) B. Wegelin v. d. Landuogt in Schwab. P. I. Sect. VI. p. 89-138.

50) Schweder diff. de Domanio S. R. G. Imperii. Tüb. 1703. 4.

51) Chron. Hirsaug ad a. 1291.

*Comitatum RVDOLPHI*; ad coronationem suam Romam profecturi, zum *Römerzug* 52) sese praeparabant; si auxilium seruitiaque militaria 53), quibus illum, a cuius partibus, vt supra monuimus, vt plurimum steterant, vel contra hostes extraneos belligerantem vel Status immorigeros in ordinem reuocaturum, fortiter adiuuabant; si denique *dona voluntaria* muneraque amplissima, quibus Ciuitates Imperiales vel *Caesarem ipsum*, cum aula sua de ciuitate in ciuitatem 54) peragrandem,

- 52) A *Comitatu Romano* ne liberae quidem ciuitates immunes erant, vt adparet ex responsu Senatus Argentinenſis Imp. FRIDERICO III. 1458. dato ap. Königbouen l. c. a Schiltoro ed. p. 613. RVDOLPHVM I. animum, Romani migrandi, usque ad ultimum fere vitae fine halitum non deposituisse, testes sunt eius litterae, quibus Tigurines ab omni flaura ad biennium liberat, hoc excepto, si *Nos contingat ad Coronam Caefaream proficisci*, tunc enim nobis seruient ad aliarum Ciuitatum similitudinem, dat. d. 21. Febr. 1291. in Auct. Cod. Rud. p. 254. iung. p. 210. vbi RVDOLPHVS OTTOCARO permittit, vt intra certum temporis spatium ad solemnum Curiam a se indiciam venire non teneatur, exceptis tamen auxiliis quibuscumque et *Comitatu Romano*, cf. Faſt. Rud. p. 161.
- 53) Quam fideliter *Ciuitates Imp.* impr. *Sueuiae RVDOLPHO* in bello cum OTTOCARO, Reg. Bohem. copis suis, quarum fortitudinem in hoc bello celebrat Horneckius ap. H. Pez l. c. T. III. C. 158. et in expeditionibus contra XV. Sueiae Comites supra p. 23. nominatos, adſtiterint, probant Faſti Rudolphini p. III. 138. etc. *Regis RVDOLPHI filius maior cum Scultetis Ciuit. Enſtbeim* deliberat, quomodo Patri suo mittent milites in armis praeparator. Ita Annalista Colmar. ad a. 1279. ap. Vrſſij. l.c. p. 15.
- 54) Hic, loco probationis, *Diarium Rudolphi diplomaticum*, vt ad n. sequu. 57. pleniorem, ac a Pfeffingerio Vitri ill. T. I. p. 160. sqq. exhibitus fuit, catalogum Comitiorum a RVDOLPHO celebratorum inferere apud me quidem constitui, sed, quum  
laec

tem, oblatis illi in signum subiectionis clauibus insignibus-  
que Ciuitatis, vel *augustam illius Familiam* 55) magna cum  
pompa excipiebant, exceptumque, interdum perdiu, in-  
primis vbi *palatia Imperialia* 56) exstructa erant, commo-  
rantem, et vel *Comitia Imperii*, Reichstaege vel *Curias*  
*Solennes*, Hofftaege, Reichshoefe, ibidem 57) celebrantem  
vel in ipsis *Causis ciuitatem* eandem conceruentibus, pro  
tribunali sedentem, numquam non magnis cum sumtibus  
hospitem regium hospitabantur -- si haec omnia, inquam,  
addas, mirari desines, *Ciuitates RUDOLPHO admodum*  
*gratas* fuisse, illumque gratum priuilegiis eximiis multis-  
que gratia eas exornasse. Conseruatione itaque illarum-  
atque immedietati quam clementissime intentus, et eo-  
dem,

haec dissertatio, inter elaborationem tacitis augescens incre-  
mentis, in magnam iam molem exreuerit, horum publica-  
tionem *vna cum multis aliis*, statum ciuitatum Imp. internum  
conceruentibus, Obseruationibus pro nunc *supprimere coa-*  
*fus sum.*

55) ANNAE, Regiae, Ciues Rinsfeldenses in Euken occurrunt,  
et xenia plurima detulerunt. -- Basileam venit ibique magno  
comitatu recipitur a ciubus. Dantur ei expensae et xenia mul-  
ta 1273. -- Filia Regis RUDOLPHI Lombardiam mittitur,  
et a ciuitatibus multis munieribus recipitur 1281. -- Regina,  
Regis Rudolphi vxor secunda, venit in Columbariam. Ciues  
dedurunt ei expensas pluribus diebus et insuper pro clenodiis C.  
libras 1284. teite coaeuo Annaista Colmar ad d. a.

56) Qualia extabant Ulmae, Hagenoe, Aquisgraneis, Norim-  
bergae, Francofurti, Goslariae etc.

57) Spec. Suenic. P. I. cap. 37. *Fünf Stadt liegen in Sachsen*, da  
der König Hoff bin gebieten soll etc. et cap. 38. Der König sa-  
get, er soll in allen Städten, da Bisbumb inn sind seinen Hoff  
gebieten. -- Er soll auch sein Hoff zu Frankfurt und Nürn-  
berg und zu Ulm, und in andern Städten, die des Reichs sind,  
da mag er vol gebieten, sein Gespräch mit Recht etc. Cf. Knip-  
schild l. c. L. II, C. I, n. 24-28, p. 171, sq.

dem, quo vi §. X. auulsa imperio restituere, feruore par-  
ta tueri ductus, plurimis Ciuitatibus priuilegia de non alie-  
nando ab Imperio, nec oppignorando indulxit optimus Im-  
perator. Tale inter alias consecutae sunt Ciuitates Lin-  
dauiia 58), Rauenspurg. 59), Memminga 60), Vber-  
linga 61), Kauffbeura 62) et Campidunum 63). Et quis  
nescit, illum nihil non omisisse, vt Vesunctionem 64) a Re-  
ge Franciae ad defectionem quouis modo allectam, Im-  
perio feruaret. Nihilominus RVDOLPHVS I. Ciuitates  
quasdam Imperiales 65), vrgentibus rerum circumstantiis,  
oppignorationis onere molestauit. Muhlbusa 66) ALBER-  
TO, Landgrauio Thuring. ab eo oppignorata et Egra 67)  
primum 1277. OTTOCARO, Reg. Bohem. erupta et im-  
perio

58) Dat. Nürnberg d. 3. Mart. 1275. in Act. Lindauens. p. 564.

59) Dat. Basileae d. 15. Iun. 1276. ap. Lünig Reichs-Arch.  
T. XIV. p. 220.

60) In dipl. supra p. 30. n. 97. alleg.

61) Ibid. n. 94.

62) Dat. in Augusta d. 3. Febr. 1286. in perill. Moser Reichsft. Handb.  
T. II. p. 22.

63) Dat. Basileae d. 17. Iun. 1289. ap. Lünig I. c. T. XIII. p. 1277.

64) V. dipl. dat. in Aldenburg d. 8. April. 1278. ap. Chifflet, I. c.  
P. I. p. 230. iusto suo dato restitutum ab illustr. Haeberlin in  
incomp. Ei. Opere der Reichshift. T. VIII. p. 585. n. a.

65) Rex RVDOLPHVS de consilio nobilium obligauit filiis suis  
quasdam imperii Ciuitates. Sunt verba Annal. Colmar. ad  
a. 1285.

66) Act. et dat. Mülhausen d. 20. Aug. 1278. ap. Dn. de Guden.  
Syllog. I. p. 606. cf. de oppignorationibus hui. ciuit. per-  
ill. de Grafshof. I. c. p. 92. sqq.

67) Multi scriptores territorium tantum Egranum, excepta Ci-  
uitate

perio recuperata, dein WENESLAO, huius filio, sponsio filiae RVDOLPHI, 1286. pro dote tradita est. Quod autem RVDOLPHVS Ciuitates Italicas pro grandi pecunia ab imperio alienauerit, pleraque eruditorum pars, a Sigonio 68) seducta, tradit, nemo probat, quidam ad liberationem tantum a Praefectura Imperiali restringunt 69), alii ad fabulas et columnias 70), ex illicitis Vicarii Principiualis de Flisco, Lauaniae Comitis, qui sua cupiditate, non iusta Caesaris, iura Imperii in Lombardia pessimamente annis est, ortas referunt. Quicquid sit, id saltim indubitanter verum est, RVDOLPHO Imperatori non licuisse, Ciuitates Imperiales aliaque Imperia bona pro llibitu et sine consensu Statuum 71) in primis Electorum, quorum litterae consensuales, Willebriefe 72) nostro aeuo in usum venire cooperunt, alienare. Sic RVDOLPHVS Ius Patronatus super 2. ecclesiis in Ciuitate Imp. Rynfelden 73) non nisi consentientibus 7. Electoribus, quorum litterae hodienum extare dicuntur, Ecclesiae Basileensi donauit.

Et

nitate, a RVDOLPHO oppignoratum et cum Leibnitzio pro Egra legendum esse Goritia afferunt. Sed haec opinio per instrumenta in Auctuar. Cod. Rud. San - Blas. p. 199 - 212. edita refutatur, v. impr. N. II. n. e. et N. IV. p. 203.

68) De regn. Ital. opp. T. II. L. XX. col. 1101. b.

69) Celeberr. Koebler's Reichs-Hist. p. 259.

70) Reuerendiss. et celsi Editor Cod. Rud. cit. p. 182. n. 2.

71) Id quod per seriem Imperatorum Saec. XIII. seq. erudite deduxit celeberr. Heider 1. c. P. I. p. 26. fqq.

72) Dr. de Beulwitz de consensi S. R. I. Electorum ad concedenda Imperii feuda tempore RVDOLPHI I. in usum veniente. Walchii Comment. de litteris Electorum consensionis testibus.

73) Wurstiften Baselische Chron. L. I. cap. 12. fol. 40.

Et quid, ipsius RUDOLPHI testimonio, concludentius,  
quid significantius, quid evidentius certiusque esse pot-  
est? En illud ipissimis Imperatoris verbis 74) „*Nos in-  
rejurando firmavimus, quod Imperialia bona sine consilio  
Principum prorsus alienare non possumus.*“

## §. XVII.

*Ciuitates Imperiales, ut Status, Iure suffragiorum in Comitiis  
Imperi gaudent. Specialis earum apud  
RUDOLPHVM bonos.*

ANTIQUISSIMIS abhinc temporibus *Ciuitates in  
Comitiis uniuersalibus per suos magistratus comparuerunt,*  
et illarum, tantum non omnium, libertas originaria iam  
sub CAROLO M. in hac potissimum *conditione* constituta  
fuit, *qua ciuitas solius imperatoris potestati immediate sub-  
iecta ius babuit, in comitiis comparandi* 75). Rariora qui-  
dem ante nostram periodum sunt testimonia 76), quae  
expressam urbem vel earum Deputatorum mentionem faci-  
unt in Comitiis, sed ratio est in promtu. Praeerant  
namque ciuitatibus *Comites, Potestates, Praefecti, Vicarii,*  
*G 2* *Confules*

74) In RUDOLPHI I. litteris ad MAINHARDVM, Com. Ty-  
rol. 1277. datis, quas exhibet Cod. Rud. San - Blas. L. III.  
Ep. VI. p. 147.

75) Sequor hic et vel verbotenus doctissimas *Treueri* diss. cit.  
de Logomach. §. 1-5. et *Schwederi* diss. de Voto decisio  
Ciuitat. Imperial. §. 7-10. p. 18-51.

76) Primum occurrit sub Friderico I. a. 1158. vbi Comitiis in  
campis Roncaliis celebratis *Confules Ciuitatum Italicarum et*  
*potentiorum Germ.* interfluerunt. Luculentius autem denum  
A. 1255. in instrumento pacis publicae a WILHELMO de  
concordi consensu et unanimi voluntate Nobilium et Ci-  
uitatum constitutae.

*Consules etc. quos, nomine ciuitatis, ceu Régalia exercentes, vt alios populi Rectores, Duces, Comites agrarios caeterosque officiales Caesareos, Comitia frequentantes, generalioribus formulis plus quam centies expressos deprehendes; ciuibus singulis, quibus, vti cuique ingenuo, aditus ad Comitia patebat, sub nomine *plebis seu populi*, qui, cognitis Statuum placitis, vel dextris eleuatis ingeniti clamore adplausum, vel inordinata et confusa murmuratione dissensum suum testari solebant, comprehensis. Ex quo vero potestas Imperatoria sensim sensimque minui, Statuum e contrario auctoritas in publicis eorumque autocratia in domesticis negotiis magis magisque stabiliri, Comitia frequentius celebrari, longe plura, ac olim negotia hoc trahi cooperint: maior quoque *singulorum* Statuum, de iure, ad Regimen Imperii vel suo consilio vel suo consensu concurrendi, quam maxime aemulorum, ratio haberit coepit, et, infausto tandem Iure manuario, *Faustrebt*, in Germaniam ingliscente, cui ne **RVDOLPHVS** quidem, quamquam, vt supremam potestatem iudicariam reintroduceret, nullum non mouerit lapidem, obicem ponere ex votis valebat; aliter euenire vix poterat, quam vt Ciuitates, per fossata sua atque moenia pro more bellandi tum temporis a vi externa securae, et ob eximia Caesarum priuilegia et diuitias opesque ex commerciis atque opificiis acquisitas domi forasque potentes, in *deliberationibus de salute et pace publica* *ubique concurrerent*, *Comitumque urbium*, seu *Aduocatorum*, quorum potestas potissimum ad *Bannum* restricta erat, *locum in Comitiis per legatos ex suo gremio electos subiarent* 77). Sub **RVDOLPHO** ius suffragiorum Ciuitatum Imp. in Comitiis supra omne dubium certum est. Statim ad prima sua Comitia illum omnes Germaniae Principes et*

77) *Corring.* de Vrb. Germ. §. 119 - 128.

et *Magistratus Norimbergam conuocasse*, supra p. 22. n. 62. probauimus. In instrumento Pacis publ. 78) de 1281. statuit Imperator von Keyserl. *Gewalt und mit der Kursten rade und anders des Rices bulden* (Holden, Getreuen) die Recbt zubehaltene von herren, vrigen, grauen, dienstmann. steten allen of me Rine. von Costenze nider etc. Expressius in Pace Heribolensi 79) de 1287. Diese Satzung und dirre Brief wart gelesen, und der Lantfrieden wart ernupet, mit der Fursten, und der Landherrn und der Staette geschwornen Eyden etc. Nec in causis pacis publicae tantum suffragia tulerunt Ciuitates 80). In Comitiis Augustanis 1282. RVDOLPHVS filium ALBERTVM de Austria, Carniola et Vindorum Marca cum consensu Principum et Ciuitatum 81) infeudasse fertur. Ciues Bisuntinos ad Comitia Francofurtenſia his verbis 82) inuitat Imperator: conuocatis Principibus, Baronibus, Nobilibus et aliis fidelibus Imperii, in feſto S. Ioan. Bapt. super praemissis et aliis, statum Reipubl. tangentibus Generale Parlamentum apud Frankfurt ediximus celebrandum, cui nuncios vestros petimus attentius intereffe. Omnes ciuitates euocat, ut Nuncios suos industrios et auctoritate praesignes ad coronationis suae (Romanae) celebria dirigant, ut super omnibus ibidem

G 3

pro

78) Alleg. supr. p. 24. n. 69.

79) Pfeffinger Vitr. ill. T. I. p 164.

80) Illustr. Wickit, Princ. Salma-Kyburg. a consil. aul. Reipubl. patriae Consiliar. et auguſtiss. Cam. Imp. Procur. diss. inaug. de Iure lib. Imp. Ciuitat. adſpir. ad ſimultan. Re- et Correlationem Marb. 1751. §. 3. et 4.

81) Ita quidem Ger. de Roo. L. I. Austr. Hist. p. 34. Sed ingenue fatendum eft, ipſas litteras infeudat. in Auct. Cod. Rud. San- Blas. p. 233. fq. non niſi de conſenſu Principum Ius in electione Regis ex longe conſuetudine habentum loqui.

82) Chifflet l. c. P. I. p. 230. cf. supr. p. 49. n. 64.

*pro bono statu Reipubl. et fidei Christianae salubriter ordinandis eorum relatione possint edoceri 83). Et denique, ut alia testimonia silentio praetermittam, Princiallem de Flisco ad Nobiles Ciuitatesque Italicas litteris credentialibus 84) mittit, dans illi potestatem plenariam, statuendi et omnia procurandi de Vestro (Nobil. et Ciuitatum) Consilio, quae honori Caesareo et utilitati Imperii viderit opportuna. Quodsi vero quaeritur, vtrum ad omnia plane Comitia a RUDOLPHO convocatae fuerint Ciuitates, quaestio, pro genio Saeculi, est inanis. Saltim non probabile est, primores illius, in qua Conuentus instituebatur, vicinarumque ciuitatum a deliberationibus exclusos fuisse, licet illorum expressa non fiat mentio, quippe iam sub appellatione: Nobilium 85) coniunctive comprehensorum. Consules, Scabini et Iudices Ciuitatum, aequem ac aliis ministeriales militesque, ad Scabinagium in Iudicis*

83) Litt. ext. in Cod. Rud. San-Blas. L. II. N. 21. p. 87. cf. supr. p. 47. n. 52.

84) Ext. in Cod. Rud. San-Blas. L. III. N. 31. p. 181.

85) Regimen Ciuitatum Saec. XIII. adhuc, ubique fere fuit penes Nobiles, recentiori aeuo Patricios dictos, quos inter et agrariis nulla profus tum temporis intercedebat differentia. ALPHONSVS Nobilibus viris vniuersis Ciuibus Bisontinis gratiam suam etc. ita in dipl. ap. Chifflet l.c. P. I. p. 222. et RICHARDVS R.R. Ciues Colonenses etiam nominat Nobiles suos et Imperii Fideles, dat. Colon. d. 26. Mai. 1257. in Apolog. cit. Colon. app. doc. p. 15 sq. Cui energia huius elegii et quid tum titulus Nobilis sibi voluerit, constat, is per Ciuem non statim quemcunque Ciuitatis incolam, sed nobiliores tantum seu de ordine senatorio, qui *ux' 1200 Ciues, Burger, Raths-Burger*, nominabantur, ab ALPHONSO et RICHARDO insigniri sponte concedet. Plures honorificas Ciuitatum denominaciones colligit Bebold. in diff. de iure Imper. Ciuit. N. 10. It. Moritz l.c. p. 482.

cūs 86) aulicis, prouincialibus atque feudalibus, vt et ipsi Feudorum acquirendorum capaces, lehenbar und schöppenbarfrey, admitebantur, et plura dantur exempla, quae, illos in grauissimis statuum causis a partibus litigantibus in Arbitros, Obmänner, Manne, Schiedsrichter, Austräger, electos esse, docent. Ad haec RVDOLPHVS Ciues primarios non nunquam in Familiares et Comitiales recepit. Ciuibus Bisontinis 87), quos inter intimos et praecipuos fideles suos et Imperii computare cupit, notificat, se bene valere, et in aliis litteris, se in Thuringia rem feliciter gessisse. Aliae duae Ciuitates 88) RVDOLPHO de rebus in Bohemia gestis gratulantur, sibique ab illo gestorum notificationem expetunt. Haec aliaque testimonia satis indicant, quanti honoris Ciuitates habuerit glorioſſimus Imperator.

### §. XVIII.

*Regiminis Ciuitatum Imp. sub RVDOLPHO breuis delineatio,  
singulorumque illarum Iurium recensio.*

*MISSIS aliis generalioribus nonnullis Observationibus,  
E. gr.*

86) Ulmae, Hagenoiae, Rotenburgae, Friedbergae, Rotwilae etc. iudicia prouincialia constituta erant, in quibus Consules Ciuitatis simul Seabinorum munere fungebantur. L. B. de Senckenberg von der Keyf. höchsten Gerichtsbarkeit. in Deutchl. p. 9. fq. Schoepfl. Alf. ill. Tom. II. p. 360. RICHARDVS Rex d. 16. Oct. 1262. honestos quosc. Ciues, vti ministeriales ac milites ad Iudicium et Officialium Caefareorum munera admittendos esse, pronunciat, confirmando CONKADI IV. Hagenoens defuper datum priuilegium Schoepfl. ibid. p. 357.

87) Chifflet I. c. P. I. p. 230. fq.

88) Cod. Rud. San - Blaf. L. III. N. I. et II. p. 141. fq.

E. gr. de forma iudicaria in Germania 89), de usu linguae Teutonicae in scriptis publicis 90) frequentiore, de Ducatu Sueviae 91) a RVDOLPHO neutiquam restituto etc. horumque omnium influxu in Ciuitatum Imperialium constitutionem, ad earundem Ius, modum atque formam regiminis singulasque huius partes atque Iura deuenimus. Sed ignoscatur Lector benevolus, quod hanc praecipuam quidem, breui autem, quod supereft, spatio nimis prolixam thematis nostri partem, alii forsan temporis reservatam, sicco quasi pede atque fugitiuo percurramus, properantes ad Observationes de patria carissima coronidis loco subiungendas. Hic ergo rubra tantum Observationum suppressarum, cum remissione ad alia scripta vel testimonia, nominare liceat mihi, defensionem illorum atque ubiorem probationem e Cathedra in me suscep-  
tro. - - Ciuitates Imperiales ad vnam omnes sub RVDOLPHO proprios habent magistratus 92), ex Ciuibus ubique, a Ciuibus simul plurimis locis electos, idque essentialis earum character fuit. Horum Autoritas et vel in ipsis ciuitatibus mediatis longe maior est, ac vulgo docetur; ma-  
ior, ac hodie 93). Imperiales, saltim liberae omnes Au-  
tonomia

89) L. B. de Senckenberg von der höchsten Gerichtsb. §. 8. 12. 13.  
14. 20. Illstr. Struben l. c. XXII. Abh. §. II. T. IV. p. 85.

90) Fast. Rud. San-Blaf. p. 66, sq.

91) B. ab Hertenstein, Vlman, Consiliar. olim Reipubl. patriae, dein Augustanae, Spec. Iur. publ. Sueu. de Ducatu Sueviae et Alemanniae, Argent. 1731. 4. Cap. VI. Koeler diss. Fata du-  
cat. Aleman. et Sueniae expon. aucta et denuo ed. curante ill. Belio, Lips. 1757. §. XI. sqq. cf. ill. Haeberlin l. c. T. II.  
p. 566. sqq. et Cod. Rud. San-Blaf. p. 72-77.

92) Id per inductionem probari potest debetque; cf. interim ill.  
Struben l. c. T. V. p. 468.

93) Gruppen l. c. p. 142. sqq.

tonomia 94) gaudent, cui *Iura peregrina* ingliscentia iā-  
ētūram minantur. Quapropter *Ciuitates*, quae hactenus  
consuetudinibus magis, quam legibus scriptis regebantur,  
has suas *confuetudines sententiasque Scabinorum* colligere  
cooperunt, easque *in scripta redactas*, ab Imperatori-  
bus, nullo quidem iure cogente 95) confirmari curant.  
Summa rerum non amplius penes aduocatos, sed penes  
*Scabinos* 96) seu *Consules* 97) *Ciuitatis* erat, in iis cumpri-  
mis ciuitatibus, vbi *Scabinagium et Consulatus* penes unum  
idemque collegium *coniuncta* erant. Quicquid statuen-  
dum aut determinandum erat, id plerumque via iuris  
sententias ferendo, durch *Urtheilsboeffen*, expediebatur.  
Raro enim tum temporis, extra casum controuersum,  
constitutiones aut *legislations* fiebant, nec *potesas iudi-  
ciaria a legislatoria, nec cause iustitiae a causis politiae at-  
que*

94) v. supr. §. XIII. p. 35. sqq. cf. L. B. de *Senchenb.* I. c. Vorr.  
p. 29. Illustr. *Pütteri Inst.* Iur. publ. §. 217. et Praelect. MSC.  
ad lus priu. Princip. Evidentiſſ exempla exhibent de *Augusta*,  
diploma RUDOLPHI dat *Augustae* d. 9. Mart. 1276. cit. a per-  
ill. P. a. *Stetten Augsp.* Gesch. T. I. p. 78. *Lubeca*, Dreyer Sp.  
Iur. publ. Lubecent. p. 316. *Argentina*, *Schoepfl.* T. II. p. 311. et  
p. 325. *Mühlhusa* in Thuring. per ill. *Grafshof* I. c. p. 145. et  
p. 231. cf. ill. *Ricinus* von Stadtgesetzen. *Adam*, *Vlman* de  
Statut. *Ciuit. Imp.* diss.

95) Quatenus Statuta nullas nouas *Legislations*, vim extra Ciuitatem exferentes, continent, vi dictorum de Autonomia et not, praeced.

96) Illustr. *Scriven* I. c. Abb. V. §. 4. et 5. It. Abb. XXXVIII. §.  
III. n. c. *Grupen* I. c. p. 143.

97) *Consules* tum temporis dicebantur, quos hodie *Senatores* vocamus, id quod ex formula frequentissima patet: *Magiftri Confutum, Consules et vniuersi Ciues etc.* cf. Dn. de *Grafshof* I. c. p. 99.

*que regiminis ita accurate, vt hodierno die, distinctae erant 98). Scabini tam in ciuilibus quam criminalibus 99) sententiam dictabant, quam Iudex Aduocatus, Scultetus, se qui tenebatur, ipse non nisi os Scabinorum nec voto decisio praeditus 100). Quid? quod ipse Caesar, qui vbique terrarum per totum Imperium concurrentem cum Statibus iurisdictionem habebat, in ciuitate pro tribunali sedens, ad Sententiam Scabinorum adstrictus erat, in primis in causis fractae pacis publicae, in quibus RVDOLPHVS Iuri suo adgratiandi nuntium miserat [1]. Ad haec nostro iam aevo ciuitates nonnullae, ab Aduocatis liberatae 2) Banno sanguinis ineftitiae 3) nec caeterae in Criminalibus prorsus exclusae, pleraque contra proscriptiones iudiciorum provincialium priuilegiatae 4), mul-*

98) Illustr. Struben l. c. inpr. Abh. V. §. 5. et Abh. XLI. von der Stadte Gerichtsbarkeit.

99) Vid. Doc. de 1258. in Apol. Colon. app. p. 20.

100) L. B. de Senckenberg de ord. collegiorum p. 30.

1) Swer des nicht en tot, ober den willen wir richten scheffige, als recht ift, und swaz uns uuer en geteilet wirt, des en Willen wir nicht lan. noch niman ouer seben, noch niemanne schonen etc. haec promittit RVDOLPHVS in pace publica de 1281. supra p. 24. n. 69. alleg.

2) Illustr. Struben l. c. T. V. p. 469. de Francofurto ill. Haerberlin l. c. T. II. p. 314. de Wormatia ill. Moritz l. c. p. 179. sqq.

3) CONRADINVS, vlt. Sueu Dux, Ciuibis in Arbona propter diuturnam suae Celsitudinis praesentiam ibidem, Iudicium et Bannum confert. Dat. Schongov d. 1. Nou. 1266. ap. Tschudl l. c. p. 167. Liceat de validitate huius infudationis dubitem, ex rationibus mox proferendis, tamen probat hoc exemplum, huiusmodi Banni collationes tum temporis non fuisse inusitatas, add. Priu. RVDOLPHI d. Germersheim d. 26. Iul. 1284. Wormatiensis concess. ap. Moritz l. c. app. Doc. p. 178.

4) Quale priu. Überlingenf. Memmingens. Kaufbeurenf. Argen-

multae *Iure Aysili* s. proscriptos fouendi 5) et *Iure Monomachiae* s. *Duelli Iudicio* 6) praeditae erant. *Ius fori* et *priuilegium de non euocando omnibus Imperii Ciuitatibus commune* 7), sed regulariter huiuscemodi exemptionis priuilegia rantum contra *Iudicia Prouincialia, Westphalica*, quae etiam *Vemedings, Freystiible, heimliche Frey-Gericke* dicebantur, et in causis ciuilibus contra *Ecclesiastica*, haud vero contra *Aulica maiora*, nec contra *Iudicia pacititia*, pacis publicae tuendae ergo constituta, allegari poterant 8). *Priuilegia de non adpellando et certo modo Austraegarum*, ob frequentem horum usum generaliter adprobatum, atque ob *inappellabilem*, exceptis causis nullitatis, aut protractae vel denegatae iustitiae, *Laudorum plerorumque Iudiciorum naturam* 9) nostra sub periodo *rara quidem, verum*

H 2

*tinens. Rauenspurg. Wormatienses etc. a RVDOLPHO ob-*  
*tinuerunt.*

5) *Pax publ. de 1281*, id quidem vetuit. cf. *Hertius de super-*  
*territ. §. II. p. 206.*

6) *Knippschild* l. c. L. III. c. 22. cf. *Cod. Rud.* cit. p. 187.

7) *Vid. dipl. in manuſt. Docum. N. IV. quod ad probandam*  
*hanc theſin integrum huc transcribi dignum duxi. Const.*  
*RUDOLPHI* eod. arg. de 1291, ap. *Goldaſt T. I. Const.*  
*Imper. p. 314. Nihilominus speciatim de hoc priuilegio ſibi*  
*prospexerunt Ciuitates singulae, qualia priuilegia *Rudolphina**  
*ad manus mihi fuit de *Argentina, Arau, Buchorn, Colmaria,**  
**Colonia, Constantia, Erfordia, Francofurto, Friedebergia,**  
**Friburgo in Brisgon, Gehnhusa, Hala Sueorum, Kaufbeura-**  
**Lindauia, Memminga, Mühlhusa in Thuringia, Mühlhusa**  
**in Sundgovia, Nordhusa, Rauenspurg, Rinvelda, Roten-**  
**burga ad Tub., Spira, Thurego, Überlinga et Wormatia.**

8) *L. B. v. Senckenberg* l. c. Vorr. p. 16, n. b. *Dn. de Graſhof* l. c.  
C. III. §. 8 - 12.

9) *Senckenb.* ibid. et impr. §. IX.

rum non plane incognita sunt 10).

## §. XIX.

## Continuatio.

G A V D E N T insuper Ciuitates sub R v d o l -  
pho I., vt alii Status, Iure belli siue potius manu-  
ario, armorum, armardiae, induciarum, neutralitatis 11),  
garantiae 12) repressaliarum, pignorationum 13), seque-  
lae, s. milites legendi aliisque adducendi; aedificandi,  
muniendi et pomoeria extendendi 14), praefidii 15), apertu-  
rae

10) Pro antiquissimo vulgo; sed falso, habetur illud de 1475.  
quod a FRIDERICO III. Ciuitati Gamundias indulatum est.  
Ne ad illud a tot Eruditis in dubium vocatum diploma R v -  
DOLPHI de 1278. prouocem, in quo dicitur: ab Abbe Gen-  
genbacensi et eiusdem sententi non debere prouocari a quo-  
cunque subditorum seu Vasallorum (cf. illustr. Haeberlin I. c.  
T. VIII. p. 564.) ablego Lectores ad ill. Woritz I. c. p. 384.  
et diplomi. FRIDERICI II. de 1156. et II. de 1220, app. Doc.  
sub N. IV. et VIII. inferta.

11) Dat. de pace publ. p. 116. b.

12) RVDOLPHVS Ciuit. Spirae Guarantiam super compositione  
cum Wezlariebus inita committit dat. Spirae d. 25. Jul. 1285.  
ap. Lunig I. c. T. XIV. p. 473.

13) Vid. Landfried de 1281. et priu. Vberlingenibus concess. in  
Auctuar. Cod. Rud. cit. p. 217. et 229.

14) Pax publ. ead. Suer burge oder Stete oder chein buw machen  
wil, der sol ez mit sine gute tun, oder siner late, und nit von  
siner lant late gute; nec hac ex caufa telonium vel ungeltum  
subditis imponat; id quod tamen RVDOLPHVS multis Ci-  
uit. concessit. E. gr. Aquigranenibus in charta de 1275. ap.  
Londorp, Act. publ. T. 14. p. 12. cf. Negelein diss. de lura mu-  
niendi Lib. S. R. I. Ciuitatum, impr. Norimbergae. Alt. 1773. 4.  
Quid sub aedificio, structura, Burglichbau Saec. XIII. intelli-  
gendum, docet Dh. ab Erath in Cod. dipl. Quedlinb. Exeg.  
dipl. p. 996. n. 93.

15) Illustr. Stirben I. c. T. I. Abla. V. §. 6. 7. et 18.

rae 16) in oppidis et castris Sociorum, in primis *Pfal-* et  
*Vßburgerorun*. Immo contra ipsum Caesarem Status impu-  
ne sumebant arma, et discordiae eiusmodi magis per mo-  
dum *Auftraegarum compromiss.* quam vi supremae iudicia-  
riae potestatis componebantur 17). Gaudent iure *Legatio-*  
*rum*, *Foederum et Conuentuum* 18); Iure *insignium*, *sigillo-*  
*rum* et vel *cerae rubrae* 19), *Ceremoniarum*, *Cancellariae*  
*et Archivii* 20); Iure *Tributorum* 21), talliandi et collectan-  
*H 3* di

- 16) Celeberr. *Burgmeister*, Consiliar. olim illustr. Reip. Vlmarae,  
*Thesaur.* Iur. equestr. T. I. p. 504. sqq.
- 17) Illustr. *Siruben* T. IV. Abh. XXIII. §. 2. et II. v. Ex. *Wezlar*.  
 in n. 12. adduct.
- 18) *Idem* T. I. Abh. V. §. 12. et 19. *Obrecht* diss. de *Foederibus*  
 v. supr. §. V. p. 12. *Wöleker* diss. de *Iure legat.* Ciuit. Imper.  
*Datt.* de *pace publ.* p. 28. de *Argentina* *Wencker* *Adpar.* Ar-  
 chiu. p. 167. et 185. de *Augusta* generosiss. a *Stetten* Iun. *Gesch.*  
 d. adel. *Geschlecht.* in *Augsp.* App. Doc. N. X. et XVIII.
- 19) *Argentina* *cera rubra* *sigillata* 1284. v. *Schoepfl.* l. c. T. II. p. 325.  
 It. *Norimberga* 1243. v. *Norimb.* *diplom.* cit. p. 199. et *No-*  
*rimberg. Patricii Holzschuberi* iam hoc Saec. *Cera rubra* in  
*figillis* vtuntur v. ill. *Gatterer* tr. doctiss. et splendidiss. de *hac*  
*Gente nobiliss.* p. 33. *Frequentia Cerae rubrae* in *figillis*, *Char-*  
*tis nostris Periodi adpensis* vel *impressis*, et *exempla admodum*  
*rara priuilegiorum* desuper *concessorum* confirmant opinio-  
*nem* ill. *Spicci*, cuius doct. tr. de *Aurea Bulla RVDOLPHI*  
*supra* p. 19. n. 54. laudauimus, scil. *vsum* *huius* *cerae* *tum*  
*temporis* *nondum* *fuisse* *tantam* *praerogatiuam*, ac *eum* *postea*  
*habitum* *fuisse* *scimus*. Cf. *Heineccii* tr. de *figillis*.
- 20) In *descript. Senatus Lubeccensis* *praecipitorumque munerum*  
 de 1298. ap. cel. *Dreyer* l. c. p. 330. occurunt i. *Cancellere*  
 i. *bewarende de Boke*, *dar der Stades Recht inne beschriiven*  
*sieyt*, et i. *Bewarende de Trebecameren*, *dar der Stades Hant-*  
*westene inne lichghet*. De *Archiuo antiquiss.* Ciuit. Colon. v.  
*Chart.* ap. *Gruppen* l. c. p. 227.
- 21) Illustr. *Siruben* l. c. T. I. Abh. V. §. 31. p. 590. It. *Priuil. Rv.*

di bona et subditos, *Aerarii* 22), Fisci, circa monetam 23),  
*veſigalia* 24), telonia, Vngeltum, Affissiam, Gabellam,  
Firmitatem; circa conductum, *Iudeos* 25) Foresta, Flu-  
mina aliaque regalia; gaudent Ciuitates Imperii *Iure ter-  
ritoriali et Feudorum* 26), *Weichbildico*, banniti milliaris 27)  
Burch-

DOLPHI, Vberlingensibus, et quae ad instar illius priuilegia-  
tae sunt, Ciuitatibus concessum v. supr. p. 30. n. 94-97.

22) Ad Aerarium Ciuit. Colon. e senatu, Confraternitatibus et  
Populo quidam eligantur, pronunciatum est in Laudo de 1258.  
v. Alog. *Colon.* in app. p. 30.

23) Cf. decret. RVDOLPHI, quod Episc. et Principibus monetam  
magis iuxta eorum antiquum ius, quam voluntatem de *Haus-  
genofſen* endere permittit, dat. Brüſach d. 13. Febr. 1283. ap.  
Schannat Cod. Prob. Wormat. N. 167. p. 143. Cf. cit. *Land-  
frieden* de 1281. De Iure monetae Ciuit. *Argentinac Schoepf*.  
t. c. T. II. p. 320. De *Augusta* Stadtbuch art. welch reit em münz-  
meister gen der Statt haben sol und sie gen im. in consultiss.  
Weng, Consil. August. Nachr. v. Augspurg. Stadtbuch in d.  
Leipzig critisch. Beytraeg. XVI. Stück N. III p. 573. -- de  
*Ratisbona* Priuile. FRIDERICI II, de 1230, in *Mos.* Reichst.  
Handb. T. II. p. 511.

24) Confirmat. RVDOLPHI des zwischen Stift und Stadt Augs-  
burg errichteten Zollbriefs dat. *Augustae* d. 30. Decbr. 1282.  
It. all. Stadtbuch art. welch reit die Zolner haben suln in der Stat  
und zen bruggen l. c. De *Spira* v. Lüning l. c. T. XIV. p. 469.  
de *Moguntia* v. Ludwig rel. MSC. T. VII. p. II. et 438.

25) Pleruimque Ciuitati pro receptione Iudeorum *dimidia pars  
Censuſ* ab his Caefari praestandi cedebat v. *Bürgermeiſter* l. c.  
T. I. p. 545. *Iudei Augustani* se ad partem muri ciuitatis suis  
sumtibus aedificandam obligant. Ap. Du. a *Stetten* lun. l. c.  
App. N. XXI. p. 378. sq. Cf. *Moritz* l. c. p. 425. 428.

26) Vid. de *territorio Egrano* scripta supra cit. p. 49. n. 67. de  
*Muklifano* more suo erudite differuit perill. de *Graſſhof* l. c.  
p. 25.

Burch-Bann, Bann-Meilenrecht, et *Metrocomiae* 28); Iure,  
Prin-

p. 25. sqq. limites territ. Wormat. definiunt **FRIDERICI** I. et  
II. diplom. de 1156. et 1220. ap. Moritz I. c. app. doc. Non-  
nullae Ciuit. ob territorium suum constituant *Assessores Iudici-  
orum pac.* publ. v. Datt. I. c. f. 29.

27) Hoc iure *veteres Ciuitates* gaudebant, *nouis* illud interdictum  
erat vi Constitut. **FRIDERICII** II. de 1232. supr. p. 8. n. 18.  
alleg. **HENRICVS** VII. R. R. eius filius, Principibus nimis  
fauens, in praecedente sua Confit. generaliter bannitum hoc  
milliare prohibuit, his verbis: *In ciuitatibus nostris bannitum  
Milliare deponatur*, quod in versione huius priuilegii, quod  
*Aduersariis Ciuitatum* prae Fridericiano, mala fortassis fide,  
allegare praeplacet, a **SIGISMUNDO** quidem confirmati,  
ap. Aut. Actor-Lindau. p. 633. ita translatum est: *es soll auch  
in unsern Staedten die verachte Metyl abgelegt werden.* Sed  
Augustissimus Pater **FRIDERICVS** hanc Filii Constitutionem  
*ad nouas tantum Ciuitates* restrinxit his verbis: *In ciuitatibus  
nostris NOVIS bannitum milliare deponatur. -- in evidens  
testimonium, Imperatorem veteribus Ciuitatibus Ius suum  
quaestum, bannitum scilicet Milliare, saluum tecumque ser-  
uari voluisse.* Derogavit ergo et ex parte abrogavit Henri-  
cianum priuilegium, id quod et antea et post in aliis a filio  
expeditis negotiis factum esse scimus. Extat nempe memo-  
rabile **HENRICI** diploma, Vlmæ 1228. datum, quo ipse sen-  
tentiam in Aepisc. Colonensis fauorem ad possidendum Martis  
Montem (Eresberg) a se latam, ex iussu Imperatoris Patris  
reuocat ap. Schaten Annal. Paderborn. T. II. p. 5. Sic quo-  
que **FRIDERICVS** II. HERMANNVM V. March. Badens.  
contra violentias Henrici VII. R.R. filii sui in integrum resti-  
tuit, Dat. ap. Pretinam in. Nou. 1234. ap. Schoeßl. Hist. Zar.  
Bad. T. V. N. CVI. p. 192. Caeterum de *Bannile, Ban Luca*  
etc. optime et copiose egit *Grupen* I.c. C.111 §.1-4. Cf. illust.  
Struben I. c. T. V. p. 489.

28) Seu iure de fundis juris forensis seu Weichbildici non in ex-  
traneum, nec nisi in habitatorem metrocomiae alienandis.

Quale

Principes, Barones, Abbatias aliosque *immediatos*, ut et Statuum *subditos ciuilegio* donandi 29); Iure politici sui statutus formam atque *politiam* 30) constituendi, *nundinarum* 31), geranii, emporii, supremae in collegia inspectionis, *Confraternitates et tribus* 32) ordinandi, honores impertendi 33); Iure patronatus et *aduocatiae* 34) in collegiatas ecclesias et monasteria, Fabricae templorum, amortizationis, aliisque nonnullis iuribus circa Sacra 35). Haec aliqua-

que

Quale priuil. **RUDOLPHI** I. de non alienandis bonis, nisi in conciuem, Mühlbusanis s. d. Vienne d. 1. Iul. 1279, concessum ext. ap. Dn. de Grafsb. l. c. app. Doc. Nr. 30. pag. 199. Vigore huius Mühlbusani memorable condiderunt Statutum, per quod Phapken, Rittere und Juden, deren Gute unverschont blibit, a coemtione bonorum excludunt. *Ibid.* C. III. §. 2 et 3 p. 26. sq. Cf. Grupen l. c. C. III. §. 5. p. 168.

29) Seu Pfahl- und Vffs- & Paetzbürger aufzunehmen v. Wencketr. de Pfalburgeris et eiusd. tr. de Vfssburgeris.

30) De lege quadam *Politiae* eiusque condendae modo v. Schan- nat Cod. prob. Wormat. p. 122. Conf. Apol. Colon. ait. app. pag. 36.

31) Orths Abhändl. v. den 2. R. Messen in Frankfurt am M. 1765, in 4to. It. Dreyer all. Spec. Iur. Lubec. v. Strandrecht.

32) **RUDOLPHVS** *Tribus Goslarient.* a ciuibus institutos confirmat dat. Erford d. 22. Apr. 1290. non obst. Conſt. HENRICI VIII. R. R. de 1231. vid. ſupr. p. 8 n. 18.

33) A. 1281. *Argentinae* a Senatu multi ignobiles creati sunt Milites ex Gratia Imperatoris v. Schoepfl. Alf. ill. T. II. p. 632. Cf. ib. p. 325. not. n.

34) Consultiss. Milleri, Illistr. Reip. patriae Consiliar. diff. inaug. de Aduocatia lib. S. R. I. Ciuitatum monastica; Gieslae, 1769. 4to.

35) Wallacher diff. inaug. de Iure circa Sacra ante Pac. religios. Gieslae 1707. Consultiss. Frickii (Io. Henr.) disquis. de Com- men-

que Iura singula *Ciuitates Imperiales*, variis cum restrictionibus atque modificationibus, sub moderamine *Senatus* vbiique fere tum temporis mere *aristocratici* 36), sub RVDOLPHO, Augustiss. *Domus Habsburgo Austriae* Statore atque Satore, exercuerunt; superioritate territoriali tum temporis nondum perfecta atque *conjugimata*, qua, Pace Westphalica legibusque Imperii fundamentalibus firmata, hodie sub JOSEPHO II. aurae clementiae atque gloriae a RVDOLPHO partae, a *Maiores* posteris auctae, Haerede Augustissimo, Imperatore Optimo, gaudent, quaque ut sub umbra et tutela, auxiliante Deo, Alarum *Aquila* *Austriaco-Imperialis* ad finem usque seculi illibata gaudeant, bonus quisque ciuis Germanus tecum exoptabit,

## §. XX.

enendatorum Ord. Teuton. Qualitate Ciuiili etc. Goett. 1769. 4.  
Hert. de Super. territ. C. IV. it. de vulgo iachitata Ord. Cisterciens. libertate. III. Struben Obseru. iur. et Histor. Germ. Obs. 7. et Nebenst. T. I. p. 318. Gockel, Confiliar. olim Vilmani, tr. de superioritate saera. RVDOLPHVS quidem omnia *Ciuitatibus* a se concessa priuilegia, quotenus in *praeiudicium* Cleri tendunt, irrita declarat, dipl. dat. Hagenau d. 2. Xbr. 1383. seu meius (iuxta correctionem Schoepflii l. c. T. II. p. 359. n. u.) 1282. sed centum plura extant exempla, vbi et *Iura Ciuitatum contra Clerum* strenue defendit Imperator insissimus.

- 36) Vid. supr. p. 54. n. 85. Memorbilis Forinae Ciuitatum plurimarum mutatio, die *Einfuehrung des Zunftregiments*, demum ineunte et medio Sac. XIV. evenit, sed nostra sub periodo graues iam vbiique fere *Patrios* inter, suis Muntmannis atque Clientibus stipatos et Plebeos Tribubus adscriptos, contentiones de confortio regiminis ortae sunt. *Causas* huius revolutionis tradit illustr. Haerlin l. c. T. II. p. 316 et T. VIII. p. 274. quibus addere licet, usum linguae Teutonicae in scriptis publicis et principium de paritate Iudicium,

## §. XX.

V L M A , moderante R V D O L P H O I . ciuitas Imperialis  
seu immediata. Non Ducalis. Non Abbatialis.

Si qua Historia Specialissima mediū Aeui tenebris fe-  
re cimmeriis sepulta, erroribusque Historicorum innume-  
rabilibus, a Scriptoribus domesticis totidem profligatis,  
totidēm vero a doctis hominibus iterum iterumque  
recoctis, deformata est, id proh! dolor, nescio, quo  
infausto fidere, *Historiae Patriae* accidit. Autorem  
horum errorum ipsum scriptorem domesticum accusarem,  
alias admodum aestimabilem et famigeratissimum, *Felicem*  
*puto Fabri* 37), Monachum Ord. Praedicat. *Vlmensem*, ab  
omnibus fere vapulantem, a plurimis exscriptum. Huius  
mendosae partim et fabulosae de V L M A narrationes Eru-  
ditorum animis tanta vi infident, ut vel solidissima scripta,  
ne de paucis nonnullis *extraneis* scriptoribus, qui causam  
Ciuitatis patriae in doctissimis suis Operibus docte egerunt,  
verba faciam, *Eruditorum Vlmanorum*, Saeculi huius, quo  
viuimus, Scriptorum, *Burgermeisteri* 38), *Stözlini* 39),  
Her-

37) In Ei. Historia Sueviae integr. Cap. II. de *Forma vel Facie Ciuit. Vlmensis* ap. Goldaß. Script. Rer. Sueu. edit. Richterianae, p. 224. It. Tertia Euagotorii Pars tr. de Ciuit. *Vlmens.* De eius *Origine, Ordine, Regimine, de Ciubus eius et Statu ipsius* vsque in praefens Ms. V. Ill. Haebelin disserit. de vita, fatis, itineribus et scriptis Felicis *Fabri*. Goetting. 1742.

38) Io. Stephan. *Burgermeister a Dicifau*, Consiliar. Reip. Vlm. in variis. Ei. Opp. (quae recent. *Wegelin* in Bibl. Thes. rer. Sueu. T. I. p. 148.) cum primis in Thes. Iur. Equestr. 14. Satz. XIV. Cap. p. 505. sqq.

39) Dau. *Stözlini* Con-Rect. Hist. P. P. et Bibl. disp. circul. XLVII. de veris fallisque Rerum originibus ex Historia Patria d. 15. Dec.

*Hertensteinii* 40), L. B. de Cramer 41) et, quos inter viuos  
adhuc laeti veneramur, *Haerberlini* 42) *Haeckelii* 43), *Kien-*  
I 2 *lini*

Dec. 1722. hab. it. *Histor. Bericht v. d. St. Vlm* und was sich  
darinnen merkwürd. zugetragen vsque ad A. 1555. Mfc.

40) Solertiſſimo Hist. patriae indagatori, Lud. Barthol. Nobili  
ab *Hertenſtein*, Conſiliar. olim Vlm. debemus 1) Comment.  
de orig. incrementis, gestis illuſtr. iuribus et priuilegi pecu-  
liar. Reip. Vlmenſis, ſcript. Argentor. 1730, fed hodiennum in-  
editus in Archiuo Vlm. afferratur. 2) Eiusd. ſupra laud. diſſ.  
de Ducatu Suetiae. 3) Spec. histoir. patr de VLM per LO-  
THARIVM Sax. deſtructa, Vlmae 1732. 4) Kurze, doch gründl.  
Ausführung, daß d. St. Vlm nicht erſt A. 1346. zur Reichs-  
Immediatet gelangt in *Piſtorii Amoenit. Hist.* iur. P. V. p. 1447.  
it, in *Wegelini Theſ. rer. Sueu. T. IV. Diſſ IX.* p. 106. 5) An-  
not. ad dipl. de 1255. de Iure *Aduocatiae in Ciuit. Vlmenſi*. Ext.  
ap. L. B. de *Senckenberg* in *Meditat. lur. et Histoir. et ap. Wegelini* l. c. Diſſ. XIV. 6) Notas ad document. Plebani et Ciui-  
um de Vlma de 1372. *Ibid.* p. 174. 7) Prodr. *Vlmae Numariae*  
in nou. Act. Erud. m. Nou. 1756. p. 515. et denique 8) vom  
Prediger Kloſter in Vlm, in den nutzl. u. auserleſ. Arbeiten d.  
Gelehrten im Reich IV. St. n. VI p. 346-353.

41) Perill, olim Auguſtiff. Cameræ Imp. Aſteſſor. ſed eheu! mor-  
te nimis praematura fatis erupti, L. B. Io. Vlr. de Cramer, in  
variis doctiſſiſ, ſuis Scriptis, inpr. in den Wezlar. Nebenſt. P.  
XVII. N. I. vbi *communis Patriae lura atque priuilegia exemptio-*  
*nis contra interpellationes Iudicij Prouinc. Sueu. māſcule de-*  
*fendit.*

42) In *Historia Patria* verſatiſſimi deque illa meritiſſimi, noſtro  
elogio maioris, illuſtr. Franc. Dom. *Haerberlini* 1) *Historu-*  
*mena de Scholis latiniſ et Gymnaſ. Vlmanorum*, Vlmae 1737.  
2) Vita F. Fabri mox laud. 3) Sched. de diſſidiis ex elect. LO-  
THARII Sax. German turbantibus et nata inde VLMÆ euer-  
ſione, Goett. 1745. 4) Emend. et Supplem. ad hoc Schedias-  
ma in Auguſtar. *Wegelini Theſ. rer. Sueu. Vol IV. N. XXIX.*  
iſerta; vt alia Eius ſcripta Hist., patriam quammaxime illu-  
ſtrantia

lini 44) Milleri 45) et qui sunt reliqui, parum aut nihil  
valeant contra. Quoties enim in scriptis vel in hoc Lu-  
stro editis, legere, vel in celeberrimorum Doctorum sub-  
felliis haud sine taedio audire coactus sum: *Vlma Abbati*  
*Reichenoviensi a CAROLO M. donata est; Vlma Superiori-*  
*tatem eius usque ad A. 1346 agnouit; Vlma hoc demum*  
*anno liberationem a Hugo Reichenoviensi usque Immediatam,*  
*plenam autem libertatem post centum demum annorum*  
*decursum sub F R I D E R I C O III. Imp. 1446. naesta est, et*  
*id genus alia „. Sed ne refutandis huiuscemodi narrati-*  
*unculis longius immorando acta agam, prouoco ad Scrip-*  
*tores domesticos modo allegatos, id munera tantum in*  
*me suscepturnus, ut Immediatam Patriae carissimam sub*  
*R V D O L P H O I. ex ipsis huius Imperatoris priuilegiis, lu-*  
ce meridiana clarius demonstrem, seu potius nil nisi di-  
plo-

frantia E. gr. de Illustre Gente Krafftiana, de Bibliotheca Krafftiana,  
de Cour. Kollino etc. et vel ipsum Opus eius immorta-  
le Histor. Imper. Germ. vbi Vir Illustris, amore erga Patriam  
ductus, de Civitatis Imperialibus passim differens, Vlmam  
exempli loco nominare solet, silentio praeteream.

- 43) Magnif. atque Consultiss. Lud. Alb. *Haeckel*, III. Reip. patriae  
Praetoris longe ampliss. Diff. inaug. de dipl. suppositio, quo  
VLMAM, Villam Regalem, a CAROLO M. A. 813 Coenobio  
Augiensi donata assertum fuit, add. breui perantiquae Vlmen-  
sis Immediatatis probatione, Praef. Celeberr. Budero, Jenae  
1755. hab.
- 44) Consult. Tob. Ludw. *Kienlin*, Reip. Biberacens. Cancell. Di-  
rect. et Patriae Consiliar. diff. de Austraegis generatim et in  
specie de iure Austraegetum ciuit. Imp. Vlmanna sub Praef. ill.  
*Haeberlini* hab. Helmst. 1759.
- 45) Diff. supr. p. 64. n. 34. cit. in qua speciatim quoque de Adua-  
caria III. Reip. Vlmanna super Coenobio Wengensi agitur.

plorata ipsa, euidentissima huius theses et per se lo-  
quentia testimonia, loco omnis probationis, exhibeam 46).  
Primum, datum *Vlmae* 47) XVI. Kal. Maii (d. 16 April.)  
A.D. 1274. Indict. II. Regni nostri Anno primo, *Ciuitati Patriae* omnia Iura et priuilegia Ciuit. *Esslingenis* indul-  
get. Alterum, datum *Hagenoue* 48) pridie Idus Auguſti  
(d. 12. Auguſt) Indict. II. Regni vero nostri Anno pri-  
mo 49) generalē omnium priuilegiorum Iuriumqūe Ciuit.  
*Vlmanae* continet confirmationem. Per haec Priuilegia  
Imperator Optimus Maximusque dilectis a) *Suis Ciubus*  
in *Vlma*, b) ceu *Membro Romano Imperio* tanquam *Capiti coniuncto*, c) ob singularem illorum *Fidem Imperio* sem-  
per 50) obſeruatam, d) ex ſpeciali dilectione et gratiae pree-  
rogia.

13

46) Integra illa typis exscripta dedi in Mantiss. Docum. Num.  
II. et III.

47) Hoc Datum et alia diplomata confirmant, RVDOLPHVM  
primam huius mensis partem *Rotenburgi*, medianam *Vlmae*  
et reliquam *Hagenouiae* transegiffit. Ita in Metrop. Salisb.  
ap. Hund T. III. p. 110. fq. duo extant diplomata, Monast.  
*Ruetenbuech* data *Vlmae* d. 15. April. h. a.

48) Et hoc Datum pluribus aliis diplomaticis *Rudolphiinis* hoc  
menſe *Hagenouiae* datis, confirmatur v. Fast. Rud. San. Blas.  
p. 55.

49) E. Anno 1274. quod et Ind. Rom. II. indicat, cum RVDOLPHVS  
III. aut prid. Kal. Octobris anni praeteriti 1273. Ind. I.  
in Regem Rom. electus sit.

50) Egregia invincibilis *Vlmanorum* erga Imperatores fidei atque  
obsequii testimonia exhibet historia patria. Sic *Vlma* a. 1027.  
a partibus Imperatoris, CONRADI Salici fletit, contra ER-  
NESTVM, *Sueviae Ducem*, quem Caesar in *Comitiis Vlmae*  
*habitis*, in Saxoniam super rupem *Gibichenstein* exalari fecit,  
teste *Wippone* in vita h. Imp. ap. *Pistorium* p. 423. A. 1077.  
REX HENRICVS IV. *Vlmanam* venit, ibique *imposta sibi Coro-*  
*na,*

*rogatiua 51), cuius specialia signa reportare merentur, Vlma-*  
*ni*

*na, vt Bertoldus Constant., Caesari infensissimus ad h. a. lo-*  
*quitur, interdictum Regnum usurpauit. Ex quo apparet, Vl-*  
*mam Imperatori fidem seruasse, nec cum Anticaefare, Rv-*  
*DOLPHO, Sueviae Duce, conspirasse. Et quam sancte innuo-*  
*labiliterque Vlmani Imperatoribus Hobenstauffis, licet ab initio*  
*Ducibus Zaringiae, ex insigillatione Episc. Constantiensis*  
*Abbatisque Reichenouienensis, magis fauerent, vti ex conuentu*  
*Principium, FRIDERICO, primo ex domo Stauffensi Sueviae Du-*  
*ci, aduersariorum, teste cod. Bert. Const. ad Herman. Contract.*  
*p. 369., Vlmae a. 1093, habitu, concludi potest, vel cum*  
*ipsomet suo exterminio summoque rerum fuarum periculo,*  
*spretis Banni Eccles, fulminibus, nec promissionibus, nec*  
*minis, nec armis Anti-Caesarum fracti, iuratam fidem semper*  
*seruauerint, historia patria, annorum in primis 1134. 1198. et*  
*1247. quam evidenter compobat. Anno nimis 1134. optima vrbe patria, ob fidem in schismatica Eleccione electo*  
*Regi, CONRADO Sueuo, seruatam, ab HENRICO superbo,*  
*Bauar, Duce, LOTHARIO Sax. Anti-Caesari fauente, post*  
*desperata Ciuium Heroum defensionem, vi occupata, atque*  
*melioribus Ciuium crudelissime trucidatis, igne ferroque de-*  
*uastata est; cf. ill. Haerberlini et Hertensteini alleg. Dissertati-*  
*ones de hoc Vlmae excidio. A. 1198 V L M A ob fidem erga*  
*PHILIPPVM, vti ipse se vocat in diplomatis; secundum,*  
*Sueviae Ducem, schismatice cum OTTO NE in Regem elec-*  
*tiom, a Pontifice Banno Ecclesiast. feritur v. Pfeffing. I. c.*  
*T. I. p. 146. Anno denique 1247. Vlmani iisque fere soli,*  
*qnum totius Sueviae Proceres Nobilesque, inter quos et ipse*  
*Abbas Reichenouienensis et Hartmannus, Com. Dilling, Aduoca-*  
*tus Vlmanus, teste Raynaldo T. XIII, ad a. 1248. N. XVI. p.*  
*584. reprehenduntur, a FRIDERICO II. eiusque Filio CON-*  
*RADO IV. R. R. defecissent, Victori HENRICO Rasponi*  
*Anti-Caesari, magno exercitu fligate omniq[ue] belli adparatu*  
*instructo, Portas Ciuitatis sua clauserunt, eumque sagitta*  
*ab Oppida suis durante obsidione lethaliter vulneratum summo-*  
*que taedio perfusum, infecto labore ab vrbe recedere coe-*  
*gerunt,*

ni, e) ad Ipsorum deuotas supplicationes, f) immediate, nulla Abbatis Reichenouienis seu alterius Cuiuscunque facta men-

gerunt, malentes, vt addit Mutius in Chr. Germ. L. XX. ad 1246. f. 189. ap. Pistor. l. c. T. II. p. 825. propter iurandum quod FRIDÉRICO fecerant, quodvis periculum subire, quam contra fidem facere. Quis non exinde intelligit, RUDOLPHVM fidem Vlmanorum Imperio semper seruatam iure meritoque laudare potuisse.

- 51) Quod et frequens huius Imperatoris Residentia in Palatio suo Vlmae extructo, olim Königshof, hodie der Neue Bau dicto, comprobat, testibus scriptoribus diplomaticisque Vlmae datis; qualia duo d. d. 15 et 16. April. 1275. v. supr. n. modo praec. 47.  
 „Exactis Augustae Comitiis (m. Junio) 1275. RUDOLPHVS  
 „Vlnam mouit, alteram magis nominis Sueviae urbem.“ Verba sunt Clar. Callef. Annal. Auct. P. II. L. VII. p. 506. ad h. a. A. 1282. RUDOLPHUM Curiam solennem Vlmae celebrasse, refert Zeiler, Vlm. Chr. Sueu. paru. ad h. a. Hoc assertum nullibi quidem confirmatum legi, attamen ex litteris compositionis Imperatorum inter et EBERHARDUM, CORN. de Würtemb. 1285. initae ap. Dn. Sattler l. c. II. T. Beyl. N. 10. p. 10. patet, hanc compositionem aliam, Vlmae cum Com. de Würtemb. de Helfenstein aliisque initam, praecessisse. Ibi enim dicitur: *Sit der Sunz du nu jungenß ze Vlme gemacht wart- et paulo post: Wir (der Keyßer) und er (der Gr. von Helfenstein) sulen in allem dem rechte sin, also wir von Vlme scheident, also doch, ob er mit uns zu der Crone vert.* --- RUDOLPHVS Abb. Gutenzellensi priuilegium concedit, Vlmae d. 7. Januar. 1283. v. Liinig Spicil. Eccles. III. Th. von Aebiss. p. 101. -- Idem Vhico et Alberto de Clingenberg aduocationam uss den Eggen pro CXL. Marc. Arg. oppignorat, dat. Vlmae d. 9. Febr. 1286. ap. Glafey in Anecd. n. 186. p. 280. et FRIDERICO, Burggr. Norimb. Castrum Seefeld in Feudum Imp. confert, dat. apud Vlnam d. 7. Jul. 1286. quod exhibit lo. ab Indagine f. Dn. de Falkenstein Beschr. d. St. Nürnb. p. 360. Haec duo posteriora diplomata verosimile reddunt, Imperatorem maximum veris et aeclatis partem Vlmae transfigisse,

vbi

mentione, nulla eius habita ratione, non solum g) vniuersita Priniciplia, Libertates, et Iura a d. rec. Imperatoribus et Regibus Kenanis, suis Praedecessoribus, tradita, quam clementissime confirmat, sed etiam iisdem dilectis suis Ciui- bus in Vma h) Iura omnia aequae dilectorum suorum Ciui- um in Eſtinga, Ciuitate extra omne dubium iam dudum Imperiali 52) gratioſiſſime concedit. Num euidentius, quaeſo, fortius diſtinctiusque Qualitas Immediatatis exprimi potest? Nonne verba diplomatis ipsa conclusionem cuique quaſi obtrudunt, Vlma non primum sub RVDOLPHO fed et iam ſub eius Anteceſſoribus fuſſe Imperiale. Id quod per dicta in nota h. §. fortioſiſſime corroboratur, ita ut recte inde inferri potest: VLM A, inde ab 53) Ori- gine

vbi magnum exercitum ad coercendum EERHARDVM, Com. Wortemb. noua contra ſe Ciuitatesque Imp. molientem, contraxit, cf. Sattler I. c. T. II. Abschn. I. p. 12.

52) Vid. ſupr. pag. 5. nr. 7. Licet antiquiſſimum priuilegium, quod publici Iuris factum eſt, Eſtingensibus confeſſum, de- cum fit ab A DOLHO Imp. Nassoio, tamen Eſtinga noſtro iam aeuo praecipuis potentioribusque Imperii, in primis in Suevia, Ciuitatibus iure ſuſſe annumeratur cf. potiſſ. Sattler I. c. T. II. paſſ. Gebauer Vit. Richardi L. III. Vrk. N. XXIX. et XXX. et Senckenb. Selecl. T. II. p. 243.

53) Vti plerarumque, ita et Vlmae origo dubia atque incerta eſt. Equidem pre alii ſententiis illi uferi bo, qua VLM A, do- mus regia, a CLODOVÆO, Francorum Rege, poſt victori- am apud Tolpiacum, Zülpich, Sac. V. priuum condita fuſſe traditur, ex veteri MSC. ap. Bucelin, in Germ. Stemmatograph. P. II. p. 69.; licet Monumenta Indaica Vlmae paſſim obvia, ſecundum calculum M. Iac. Honoldi, Matth. P. P. et Gymnaſ. Vlm. Praec. originem antiquiorem prodere videantur. Quidquid fit, Vlma Regibus Francis, ceu Villa Regalis, im- mediate ſemper ſubiecta fuit, Cf. Chron. Gottwic. T. I. L. III, n. CXVII, f. 317. sq.

*gine sua fuit immediata, nunquam Ducalis 54), nunquam Abbatialis 55).*

## §. XXI.

- 54) *Immediatatem sub Regibus quoque Germanicis, licet a CONRADO I. Ducatus Sueviae restitutus fuerit, seruarunt Vlmiani. Duxes enim, Suevici potissimum, primis his temporibus nudi Caesarum Magistratus erant, et, Diadematate Imperiali ad Domum Hohenstaufenensem translato, summa rerum in Ducatu semper penes Imperatorem, cetero Seniorem Familiae manebat, licet ab illis plerunque e Familia Duces vicario nomine constituerentur. Hinc ill. Schoepflin in Ali. ill. T. H. p. 277. n. e. omnibus veteribus Ciuitatibus in Suevia immediatatem tribuit, distinguens solummodo inter perfectam et imperfectam. Hac Vrbes Ducales, illa vero nonnullae tantum gaudebant, quibus Dux praefectus non erat. Inter has refero Vlmam, ob rationes n. modo praec. 50 prolatas, quibus addo, Ciuitatem patriam A. 1140. non a FRIDERICO, Duce Sueviae, qui Cocles seu Lycus cognominatur, sed ab eius Fratre, CONRADO III. Rom. Rege, iterum exstructam, Ciuiibusque fidelissimis in emolumentum huius Operis perficiendi, Steuram Imperiale ad multos annos remissam fuisse, ut alias rationes ex palatio regio Vlne exstructo, ex Comitiis ibi celebratis, v. supr. p. 48. n. 57. ex Homagio Imperatoribus immediate praesito v. n. faepe cit. 50. ex Iudicio Prouinciali Caesar eo ibi im Stadelhof constituto etc. defuntas taceam, alegando Lectores ad Hertensteini cit. Ausfuehrung von der Unmittelbarkeit der St. Vlm vor a 1346.*
- 55) *Vid. Hertenst. tr. modo alleg. et inpr. Magnif. Dn. Haekelii cit. Diff. inaug. vbi Noibia diplom. Caroli M. de 813. in quo Vlmam Reichenouenibus donata fertur, profunda eruditione atque exquisitissimis Historiae, Artis Criticae et Diplomaticae rationibus demonstratur, suffragante sagacissimo gravissimoque Diplomaturn CAROLI M. Censore atque Iudice, Celeberr. Heumanno in Comment. de re diplomat. T. I. C. II. §. 56. p. 158. Quum assertio, Vlmam Abbatiae Reichenon, subiectam fuisse, tota in hoc diplomate fundetur, necesse est, ut, confirmato hoc, illa quoque ut falsa corruat. Sed veritatem diplomati*

## §. XXI.

VLMA Autonoma.

Vt formam Regiminis Ciuitatis Patriae antiquam eo  
melius

diplomatici, quod tamen falsissimum est, fingamus. Quid  
tunc? Nihil profecto ex ipsis litteris, curatus habuisse tem-  
poris ratione inspectis, Abbatiae praeter prouentus Regaliaque,  
vt vocant, minoria ad Fiscum Regium in Ulma pertinentia do-  
nata, tribui potest. Id quod historia patria confirmat, qua  
edociti sponte concedimus, Abb. Reichenouensem utilitates va-  
riaque singula Iura, imprimitis circa Sacra et Iurisdictionem  
Eccles. in Ulma, falsa Ciuitatis immediata, olim posseditse,  
a quibus incl. S. P. Q. Ulmanus A. 1346. et recensis Monacho-  
rum praetensionibus, A. 1446. titulo onerose fese ita libera-  
runt, vt, referente F. Fabri, ne vngula quidem Reichenouien-  
sis in Ulma remanserit. Optimo ergo Iure RVDOLPHVS  
I. Ulmanus, dilectos suos Ciues, eorumque uniuersitatem  
Membrum Imperio contiunctum vocat. Hoc elogium quinque  
eius Successores in diplomaticis A. 1346. prioribus repetiere.  
ADOLPHVS scil. a. 1295., ALBERTVS 1299., HENRICVS  
Lützelb. 1310., FRIDERICVS Austr. 1321. et LUDOVICVS  
Bau. 1330. in priuilegiis suis Rauenspurgensibus ad instar VI-  
mensum concessis, VLAM nominant Juan et Imperii Ciui-  
tatem ap. Lüning l. c T. XIV. Abs. 38. N. IV - VIII. p. 222.  
sqq. Nonne talis diplomaticum Caesarcorum Conventus Imme-  
diatatem Ulmae a 1346. antiquorem extra omnem dubitationis  
aleam probat? Et cui haec diplomata non sufficiunt, is ap-  
eund. T. XIII et XIV. in diplomaticis, sub Rubro: Biberaach  
de 1212. Dynckelspühl de 1305. Memmingen de 1296. et Ulma  
de 1300. inseritis, eadem Immediatatis Patriae documenta in-  
ueniet. In ultimo hoc dipl. ALBERTVS R. R. Ciibus suis  
in Ulma Ius omnia bona in ciuitate vel extra sub eorum lu-  
risdictione sita, sive saecularia, sive ecclesiastica, ergo et Rei-  
chenouensem, collectandi, indulget. Iam finge tibi Abbatem  
Ciuitatis Dominum atque Superiorum, et inauditum quid  
absurdissimumque comprehendes -- Superiorum videlicet a Jub-  
ditis suis collectatum. Apage! Somnia pueris risu sunt!

meius intelligamus, necesse est, vt breuis notitia historica de *Aduocatia Imperiali Vlmana* praemitatur. Nimirum ex Litteris 56) confessionis S. P. Q. *Vlmani* de lure Aduocatiae, quod ALBERTO, Comiti Dillingensi, in ipso-rum Ciuitate competit, A. 1255. datis discimus, *Aduocati-am Vlmanam antiquissimis olim temporibus iure haeredi-tario penes Comites de Dillingen* 57) fuisse. Extincta Illu-stri hac Familia cum HARTMANNO 58), qui praeter si-

K 2

lium

- 56) Ext. in L. B. de Senckenberg Select. Jur. et Hist. T. II. p. 261. qui etiam in Vol. Meditat. p. 385. *Hertensteini* Annotat. ad has Litteras exhibet, ex quo vtrunque transsumtis B. Wegelin. in Thef. rer. Sueu. T. IV. Diff. XIV.
- 57) Comites d' Illingen, vt Reuerendiss. Editor Cod. Epist. Rud. San-Blaf. p. 227. scribit, indeque nomen *Dillingen* deriuat, po-tentissimi olim Comites in Suevia erant. Genealogiam illo-rum, fed admodum mancam et vitiosam exhibent *Lazius* in tr. de Migrat. Gent. p. 424. sqq. et Perill. *Moser* Staats Archiv ad a. 1756. P. I. p. 30. Praeter *Vlmanam* Aduocatiam *Fran-cofurtanam* quoque tenuisse Com. Dillingenses, testis est *Hei-der* l. c. P. II. p. 86.
- 58) Mirum, quantum in Biographia huius HARTMANNI vari-ant fabulantque Scriptores, in primis de translatione et dotati-one Monast. *Seffingensis* et de eius morte mirifice dissententes. Cui lubet, is euoluat *Bruschii* Monasteriolog. voc. *Se-fling*. et *Neresheim*. *Petri* Sueu. Ecclesiast. v. *Seffingen* et *We-gelini* Anmerck zu Lirers v Rancueil Schwaeb. Chron. XV. Abs. Verum enim vero Documenta in ill. atque Magnif. Dolpii Deduct. in causa Neresheim contra Oettingen sub N. 13. 70. 71 et 72. A. 1759. edita omnia dubia tollunt, certissi-mumque efficiunt, HARTMANNVM bunc, cum consensu HARTMANNI Filii, Praef. Auguflani, triumque Filiarum, Conuentum Sororum S. Clarae de *Vlma* in *Villam Seffingen* mense Ianuarii 1258. translusisse. Idem adhuc in Charta d. 14. Febr. d. a. occurrit vi Doc. N. 13. Sed iam m. Ianuar. 1259. *is viam omnis carnis adiisse* dicitur in diplomate Conradino mox

lium cognominem, Praesulem *Augustanum*, prolem masculum non reliquit, *Aduocatia Vlmana* cum Marescallatu per Ducatum Sueviae et Iudicio in Pyerse, a CONRADINO, vltimo Sueviae Duce, VL RICO, Comiti de Würtemberg, cognomine cum Pollice s. mit dem Daumen, A. 1259 delata est 59). Verum enim vero haud exiguae prostant rationes, ob quas de validitate atque effectu *buius collationis* merito dubitari posset. Quodsi enim concederemus, quod tamen haec tenus neque satis probatum, neque, probata e contrario a nobis Vlmae, sub Ducibus etiam, Immediatate, presumendum est, *Aduocatium Vlmanam* vel titulo generali 60) vel speciali, vti *Augustana*, ad *Duces Sueviae* ita pertinuisse, vt Comites *Dillingenses* non nisi eorum *Subaduocati* 61) fuerint, atque adeo verum sit, illam per

mox allegando. *Vltimus suae Familiae*, praeter Praesulem Augustanum, recte habetur; nam in eodem diplomate CONRADINVS Aduocatiam Vlmanam, quam tamen haereditario Iure possederunt Dillingenses, *per eius mortem, sibi vacare coepisse* asserit, et ALBERTVM, Filium eius secundogenitum, *Aduocatum Vlmanum*, morte patrem praeuenisse, exinde etiam patet, quoniam illius in documento translationis Sefflingensis de 1258 inter reliquos Liberos HARTMANNI, nullius fit mentio.

59) Vi diplomatis, quod integrum exhibetur in Mantissa Docum. N. I.

60) Si cum Knichenio in Tr. de sublimi et regio territorii Iure c. 4. n. 382. Opp. eius p. 61. et Rechenbergio disp. de Aduocat. Germ. p. 31. assumamus, *generalem omnium Ciuitatum Sueviae Aduocatiam* in Comitiis Wormat. ab HENRICO III. Imp. Ducibus Sueviae commissam fuisse, quamvis haec sententia fide solummodo fabulosi Thomas Lireri a Ranckweil in Chron. suo Suev. p. 73 edit Dinckmuthi, primi Typographi Vlmani, nitatur.

61) Sed hoc modo Minister Comitis Dilling., cuius allegatae litterae

per horum extinctionem Sueviae Duci, eum Aduocato Superiori, vacasse: ponderandum tamen est, diploma hoc a CONRADINO, puerum *septimulo* 62) datum, nec consensu Matris Augustae, vel Tutoris, quod tamen in aliis casibus minoris momenti obseruatum est 63), nec vnius testis subscriptione firmatum esse. Adhaec CONRADINVS, infelicissimus quidem Princeps, non solum a Pontifice Banno Ecclesiastico notatus et, ne Rex Rom. eligeretur, prolibitus 64), sed etiam, uti Pater eius iam antea a WILHELMO 65) Rom. Reg. ita ipse a RICHARDO 66) huius Successore, ex capite non receptae Infeudationis, Ducatu Sueviae omnibusque in Germania Iuribus per sententiam priuatus nihilominus non Ducalia solum, sed et Imperia-

K 3

lia  
terae de 1255. mentionem faciunt, esset Subadvocatus Subadvocati, ideoque computatis Imperatore, Duce Suev. et Comite Dilling., iam *quarta manus*; id quod contra principia iuris criminalis medii aevi peccat, vigore quorum Banni sanguinis subinfeudatio *tertiam manus*, die dritte Hand, excedere non debet.

62) Natus enim est CONRADINVS d. 25. Mart. 1252. teste Chron. Augustano ad h. a. Vid. Koeler diss. Genealog. de Familia Augusta Stauffensi ad Tab. III. N. 27 It. Gundtingiana V. St. N. II. Anmerk. v. Conradino §. V. p. 422.

63) E. gr. FRIDERICO, Burggr. de Nurnb. Aduocatiam in Steinna (Ilod. Mönchsteinach, in Ducatu Franconiae) in feendum conferit CONRADINVS, de consensu et autoritate Tutoris et Anunculi, LUDOVICI, Com. Palat. Duc. Bavar. dat. Lengenwelt d. 17. Jul. 1265. Ext. ap. Dn. Oetter Gesch. d. Burggr. Nurnb. T. II p. 432.

64) Bullam Excommunicationis exhibet III. Gebauer Vita Rich., p. 606.

65) A. 1254. in Curia generali, Francfurti habita. Quam Sententiam Innocent. IV. Papa firmauit. v. Raynald Annal. Eccl. T. XIII. ad a. 1248. N. 7.

66) Ita enim Rex in Diplomate, Hagenoae 1262. dato, scribit:

CON-

lia plane Iura usurpando 67), plures actus illegitimos 68)  
nullo-

CONRADINVS, olim CONRADI Regis filius, qui se Ducem  
Sueviae nominat, ea non contentus iniuria, quod inaniter sibi  
gloriam alienam usurpat etc. v. dipl. ap. Gebauer l. c. p. 187. et  
Doc. XLI.

- 67) Gerebat quoque Sigillum Maestaticum cum Scopulo et Pomo  
Imp., cuius Ecclypion vide sis ap. Oetter l. c. T. II, Tab. II,  
Imperiali simillimum, licet illud non nisi titulos Regnorum  
haereditariorum et Ducatus Sueviae exhibeat. cf. Sattler l. c.  
T. I. p. 634. sq.
- 68) Ita E. gr. actu illegitimo 1) *Turegum*, nunquam Ducibus  
Sueviae Hohenstauffensibus subiectum (v. Heider l. c. P. I. p.  
159. sq.) *Banno Imperiali* notauit, quod RICHARDVS in di-  
plom. n. 66. all pro nullo declarauit 2) *Ludou. de Lichten-  
berg Alsat. Infer. Landgrauium* 1260. auctu temerario consti-  
tuit, Schoepfl. l. c. T. II. p. 525. et 554. 3) Aduocatiam sup.  
Mon. Raitenbuch ambit d. 22. Apr. 1263. quam tamen FRIDER. II. Anus eius cuicunque interdixit, qui *Insignia Imperi-  
alia* non tenuerit, v. Metrop. Salib., T. III. p. 110. 4) Praefu-  
lii Auguſtano varia priuilegia in detrimentum Ciuitatis indul-  
get, Aduocatiam Imperii alloidalem Ciuitatis in feudum me-  
diatum mutat, et Ecclef. S. Valdrici, in diminutionem Iuri-  
um et prouentuum Imperii, a iurisdictione et potestate Ciui-  
tatis liberat d. 3. 8. et 23. Oct. 1256. Heiderl. c. P. I. p. 399.  
sqq. cf. Di. de Stetten, lun. l. c. p. 341. 5) *Covr. Stromer*  
*Forstium Imperii* ap. Nurnberg in feudum conferit d. 22. Oct.  
eiust. a. v. Norimb. dipl. p. 152. 6) Comitiss. de Oettingen,  
filian FRIDERICI, Burggr. Norimb. euentualiter de Bur-  
graviatu omnibusque ad illum pertinentibus feudis Imperiali-  
bus, intra parietes Caſtri Burggr. Chadoſpurch, infendat d.  
28. Maii 1267. id quod eod. die et loco LvDOVICVS, Com.  
Pal. cen Vicarius Imperii, vt ipſe ait, ſimiliter fecit. Vtrum-  
que Dipl. aeti incif. exhibet Oetter l.c. T. II. Tab. I. et II.  
Quidquid dicat Clar. Editor, nullitas huius Actus nimis  
evidens eſt. Unum diploma alterum deſtruit, et Oetterus per  
vtriusque editioinem ſubmet ipſe nodum nexuit inſolubilem,  
Ipſe

nulloque Iure iustificabiles suscepit. Haec omnia *Conradinam Aduocatiae Vlmae delationem*, *VLRICO Wurtemb. insciis*, et, vti euentus docuit, *inuitis Vlmanis*, famam, vitiosae infirmitatis arguant, et quidem eo fortius, quo certius constat, *VLRICVM Com. Wurt* *WILHELMVM et RICHARDVM pro legitimis Regibus* ideoque per consequens illorum *Sententias contra Hobenstauffenses latae* pro aequo legitimis validisque agnouisse 69). Id ad minimum ex ipsis litteris Conradinis patet, *Aduocatiam Vlmanam* Comiti personaliter tantum concessam esse, quod tempora *RVDOLPHI I.* confirmant, quippe qui *EBERHARDVM*, *VLRICI Filium, Vlmae aliarumque Ciuitatum Imperialium Aduocatiam* adfectantem, Copiis Ciuitatensum stipatus, in ordinem rededit 70). Praeterea in Charta 71) de 1287.

*alium*  
Ipse *RVDOLPHVS Imp.* ad validitatem huius inseundationis a se quoque, nulla Conradinae praeteritae iniecta mentione, suscepit, *itteras 7 Elektorum consensuales* necessarias duxit; quomodo illa subsisteret? Et denique 71) *CONRADINVS Vendoni* et Marqu. im *Kirckhof medietatem telonii Eslingenensis* in feudum confert, d. 28. Dec. 1267. v. *Lüning P. Spec. Cont. III.* Abs. I. p. 212, quum tamen indubitate *telonium* ibidem ad Imperium spectaret, v. 2. dipl. *Richardi R. R. ap. Gebauer I. c. p. 374. sqq.*

69) *Ibidem* p. 531. *Sattler I. c. T. I. p. 634. sqq.*

70) *Heider I. c. P. II. p. 122. Sattler I. c. T. II. p. 9. sqq.*

71) In alleg. Widerleg. der *Oetting.* Deducl. contra *Nervesheim.* Idem pluries in chartis huius aevi occurrit. E. gr. *Oto dictus am Stege*, *Civis in Vlma*, Arbiter in Causa inter Com. *de Helfenstein* et *Commend. Dom. Teuton.* in *Vlma* 1284 agitata. *RVDOLPHVS Imp.* hunc *Ottonem*, *Diener* (Minister) *von Vlme*, *Vogt zu Augspurg* in Iure suo, *Subaduocatum* constitueri manuaret per litt. dat. *Spirae* d. 7. Dec. 1284. *Ootto, Ciuium magister in Vlma* in charta de 1271. *Ootto de Semita*, *Minister in Vlma* de 1294. *Ootto der Schreiber von Vlme*, *Burger zu Augspurg* in eius sigillo de 1301. cuius *Ectypion aeris*

alium inuenio Aduocatum *Vlmanum*, et quidem Ciuem *Vlmanum* e Gente *Krafftiana* nobilissima oriundum, scil. *Herrn Ott an den Stege, Vogt zu Vlm*, eundem, qui *Aduocatiae Auguſtanae* etiam praefuit. Quicquid vero sit, *Aduocati Vlmani* potestas nostro Aevo iam admodum restricta fuit, ita ut *Minister Ciuitatis, der Stadt Ammann* 72), in Ciuitibus et Criminalibus concurrentem cum *Aduocato Iurisdictionem* habuerit, et in omni iudicio, tam *Vrbico*, quam

aeri incisum sifit Generosiss. Dn. de *Stetten*, Jun. I. c. Tab. I. ex quo p. 46. sq. simul luculenter docet, hunc Ottonem e familia *Krafftiana* ortum, patrem habuisse Dominum *Crafftum*, antiquam *Scribam*, fundatorem Monast. Ord. Praedic. nomenque *Scribae*, vti et am *Stege* s. de *Semita*, huic ill. Genti vtitatissimum fuisse. Sic E. gr. Chartae de 1271. testes subscribunt *Vrlicus Scriba* (qui 1284. se *Ciuitatis Vlmenis Notarium* vocat) *Vrlicus et Crafftus*, filii sui. En nomen *Crafftonis* adhuc ceu *Baptismale*, quod E. gr. Comitibus de *Hohenlohe* est familiarissimum, et *Scribae* e contrario gentilitium. Inde fortasse venit, quod Dominus *Crafftonemantiquum*, ideo, quod *Scriba* vocatur, *Cancellarium ALBERTI* I. fuisse statuunt, quam potius hoc nomen officiale a Patre, *Conrado de Vlma*, qui eminenti hoc Munere *Cancellarii* in Aula *FRIERICI* II. imp. eiusque Filii, *CONRADI R.R.* vti Chartae de 1218. 1239. et 1241. testantur, dubio procul functus est, quasi haereditate videatur. Cf. III. *Haeberlini Epist. propempt. de Illustri Gente Krafftiana*.

72) Hoc *Munus annum* quidem erat, sed haud raro siebat, vt anno elaplo, idem *Minister* per nouam *Electiōnēm die S Iacobi* a Ciuitibus eligeretur, ita ut nonnullos per decursum multorum annorum non interruptum hoc *Munere* decoratos inneniam. Praefuit illi 1223. *Iacobus Gienger*, 1226. *Walterus*, 1255. *Schapirius*; 1294. *Otto de Semita*; 1302-1312. *Heinrich von Halle*, der *Ammann zu Vlme*. Qui in aliis Ciuitatibus Imp. *Magister Scabinorum*, *Sculptor*, *Schulteis* nominatur, *Vlmac Minister, Praetor, Ammann* audit.

quam Provinciali, vel im Stadelhof 73) vel extra Ciuitatem 74) celebrando, vt ad latu Aduocati praesentis adfederit, aut, eo absente, Praesidium tenuerit. Aduocatus olim, vi Litt. all. de 1255. Ius habuit, super huius excessibus cognoscendi et ad Legislationem Ciuitatis concurrendi; sed utrumque Ius, tempore mox insequenti, illi ademum esse, patet ex Litteris 75) de 1312. in quibus S. P. Q. Vlmanus Iura sua, Biberacensibus ab Imperatore concessa, describunt. Ex his, iunctis litteris Homagialibus anti-

quis

- 73) Hoc Iudicium Provinciale, quod olim tanta Inflitiae Laude floruit, vt Disceptationes Principium, Nobilium et Ciuitatensum ibidem fuerint, verosimiliter ob perpetuas similitates cum Comitibus e Würtemberg propter Aduocatiam Vlmanam, Saec. XIV. in desuetudinem abiit, sed CAROLVS IV. illud ad instar Rotwilenſis d. 5. Oct. 1361. restituit. Cf. Wegelin v. d. Landuogt. P. I. p. 203. sqq.
- 74) Apud Loca in litteris Aduocat. de 1255, determinata, videlicet apud Lapidem in Narue (lege Nauue); sub Tilia ap. Bermaringen; apud locum, qui dicitur Ruhimbübel et apud Lapidem apud Ringingen. Peruersigationem horum Locorum, praeter illum ap. Ruhimbübel, doctissinam ex Annotationibus Msc. ill. Haerberlini exhibet Consultiss. Kienlin in diff. laud. de Auffraegis §. 21. n. x. Sed et hic explicationem probabilem admittere, locumque infra Geislingen, oppidum nativitatis amoenissimum, Parentumque optimorum hospitium mihi carissimum, vbi via versus Altenstadt et Eybach scinditur, qui hodierno usque die das Bübel vocatur, et vbi ad commoditatem communitatis scenna f. repositoria, Rub-Banke, ponit solent, designare, idēoque vox Ruhimbübel hoc modo: Rub-im-Bübel composita esse, mihi quidem videtur. Quae coniectura et inde firmatur, quod hic Locus cum designatis reliquis valde congruat.
- 75) Ext. ap. Lünig l. c. T. XIII. p. 181. cf. Consultiss. Romigii, Praetor. Biberac. Anal. Iur. publ. Biberacensis §. II. p. 5. Tübing. 1769.

quis 76), dem alten Schwoerbrief de 1327., simul intermas Ciuitatis Patriae Status Formaque Regiminis optime perspici et exinde cognosci potest, VLMAM proprium nostro iam aeuo habuisse Senatum, ex Ciubus non solum, sed et a Ciubus electum, penes quem, Magistro Ciuium iurato, dem Geschwornen Burgermeister 77), praefidente omniaque dirigente, Summa rerum eo indubitatus fuit, quo certius constat, Collegium Scabinorum seu XII. Iudicum, quod Ministerium Ciuitatis Praesidem habebat, cum Senatu coniunctum fuisse 78). Membra Senatus antiqui sub RDOLPHO I. solummodo ex Ord Nobiliorum Ciuium s. Patritiorum 79) deligebatur, sed paulo post, prudentissimo pro temporis ratione consilio, ad euitandas Turbas, Magistri Tribuum

Zunft-

76) Exhib. a Martallerio in seiner Vlmischen Hauss-Chronica, Mcf.

77) Cui annuatim in communem omnium Arbitrum, ein gemeiner Mann zu seyn, vt formulae habent, Reich und Armen, auf allgemeine und redliche Dinge, electo, tota Vniuersitas Hominum praestat. Hoc Munere functus est 1271. Otto, Magister Ciuium; A. 1302 subscriptum Hainrich v. Halle, der Ammann zu Vlm, und Luitprand, der Burgermeister, sin Bruder etc.

78) Formulae publicae tum temporis tales leguntur: 1255. Minister, Consules et Vniuerstas apud Vlmam; 1271. Ciuium Magister, Consules et vniuersi Ciues in Vlma; 1294 Minister, Consules et Scabini Ciuitatis Vlmenis; 1299. ALBERTVS I. prudentibus viris, Sculteto, Consultibus et vniuersi Ciubus in Vlma; 1312. Minister, Consules, Iudices ac Ciuium vniuersitas in Vlma.

79) Nobiliorum Familiarum, licet maximam partem extinctarum, nomina, prout Chartae veteres illa perennant, hic adiicere liceat. Haec sunt: Ammann, postea Günzburgeri dicti, Arlaputz, BESSERER, nomen mihi summopere venerandum colendumque, Biglin, Brentzer, Cappi, Copprell, Friegolf, Gienger, Gregg, Halder, de Halle s. Hallis, Hundpiß, Iagemann, KRAFT, Kuntzelmann, Leo s. Löw, Münzter, Onforg, Phuler, Raycildinus, Roth s. Rufus, Scheboldt, Schaper s. Schapirius, Schwerlich, SEVTER s. Seutarus, Stammier s. Stamiller, Stockar, Stroclin, Summervun, de Togan de Teuf-

Zunftmeister 80), etiam in *Consortium Regiminis* assumti sunt, ita, ut Senatus ex 32 Membbris ex utroque Ordine usque ad a. 1327. constiterit, quo deum huic *Senatui minori*, dem kleinen Rath, *Maior*, der grosse Rath, ob rem publicam Ciuitatis admodum auctam, adiunctus est. Sub huius, et, cuius formam CAROLO V. debemus, hodierni *Senatus Illustris Regimine* sapientissimo vigilansimaque Protectione, floruit, floret, et, ad finem Saeculi, Patrocinante Deo, florebit

## LIBERTAS VLMANA.

L 2

Man-

Tueffenbach, Vamago, Walther, Wazelin, WELSER f. Welsarius, Wifatz etc. Licet Familiarum Nobilium perantiquarum, quae hodie VLMAE florent, non omnium Nomina hic conspiciantur, illarum tamen, quia tunc alibi degebant, et infrequentum deum tempore sedem suam Vlmac fixerant, E. gr. SCHADIORVM, BALDINGERORVM, NEVBRONNERORVM, HARSDOERFERORVM, in Documentis Chartisque aliis frequens fit mentio, et res inter omnes nota est, Vlmam inter quatuor Ciuitates Imp. referri, quarum *Nobles f. Patrii* aitiam suam atque perantiquam Nobilitatem illibatae plerique feruarunt. Hinc miror, quod Schoepfius in Alf. ill. T. II. p. 333. et idem repentes p. 633. tam contententer statuerit, Patriaciatum Argentinensem longe melioris et eminentioris conditionis esse, ac Augstanum, Norimbergensem et Vlmanum. Huius loci quidem non est, ast probatum facillimum esset, omnia attributa omnesque praerogativa, quas Argentinibus tribuit Schoepfius, et ad antiquissimas nobilissimasque trium nominatarum Ciuitatum Patrias Gentes, ad hodiernum usque diem, quadrare. Cf. Dn. P. de Stetten Inn. Gesch. d. adel. Geschlechter v. Augsp. Illustr. Gatterer de Gente Holzschuhorum. L. B. de Cramer, Wezlar. Nebenst. Th. 84 p. 50. et Th. 90 p. 100.

80) Quorum nomina de 1299 expressa esse, refert *Bürgermeister* l. c. T. I. p. 569.

*Erratum:* Pag. 8. n. 16. verba: *de Vlma infra prolixius.*, hic delenda et inferenda sunt p. 9. n. 21.



## Mantissa Documentorum.\*

I. Diploma Regis CONRADI II. Ducis Sueviae, Comiti VLRCO Wurtembergico super Aduocatia in VLMA datum 1259.

**C**HVNRADVS Secundus Dei gratia Ierusalem et Siciliae Rex, Dux Suevie. Omnibus ad quos presens pagina peruenit, gratiam suam et bonam voluntatem. Presentibus profitemur, quod Nos ex innata nobis clementia dilecto fideli nostro inclito Comiti VLRCO deWürtemberg officium et omne ius Marschaleci, quod ad nostrum Ducatum per totam Sueviam dinoſcitur pertinere, Aduocatiam in VLMA et Iudicium in Pyerſe, quae nobis a Comite HARTMANNO de Dilingen, qui viam adiit carnis vniuerſe, vacare ceperunt, contulimus liberaliter et benigne. Ut autem nostra collatio robur obtineat firmitatis, presentem litteram sigilli noſtri munimine roboratam die lo Comiti VLRCO proximus in testimonium et cautelam. Datum in Castro Wazzerburck Anno Domini MDCLVIII. Prid. Nou. Ianuarii (d. 4. Ianuar.) secundae indictionis.

II. RUDOLPHI I. Rom. Reg. priuilegium, in quo Ciuitati Imperiali VLMAE omnia Iura, priuilegia ac libertates Ciuit. Eſſlingenſis concedit, atque confirmat de A. 1274.

**R**UDOLPHVS Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus. Vniuersis Sacri Romani Imperii fidelibus, quibus praesens scriptum fuerit exhibitum, in perpetuum. Consideramus, quod Maiestatem decet Regiam ad eorum vota

\* Ad commodiorem inspectionem fisto hic Diplomata nonnulla, ad quae frequentius prouocauit, transumpta N. I. ex Wegelini Tr. v. d. Landiogt in Schwaben P. II N III. p. 2. N. II. et III. ex Rouſſet Corps Diplom. Supplem. T. II. P. I. p. 129. et denique N. IV. ex P. III. Auctuar. Cod. Epistol. Rud. San-Blas. N. III. p. 242.

vota perficienda, qui Romano Imperio tanquam membra capiti coniunguntur, fideliter inclinari. Eorumque iustis petitionibus tam benignum tamque favorabilem praebere consensum, quod ex specialis gratiae praerogativa cognoscant specialius se dilectos. Nouerit igitur praesens actas et successorum posteritas, quod nos attentes, dilectos nostros Ciues de V L M A eam fidem semper Romano Imperio obseruasse, quod dilectionis specialis a serenitate regia mereant signa specialia reportare. Ifforumque deuotis supplicationibus inclinati Iura ipsis concedimus omnia et praesentis scripti muninime confirmamus, quae dilectis Ciubus Nostris in Ezzlingen a Divis Imperatoribus et Regibus inclite recordationis nostris Antecessoribus sunt indulta, tradita et concessa. Statuentes iunctione Regia et volentes, vt nulla cuiuscunque conditionis persona, alta vel humilis, Ecclesiastica vel Saecularis, hanc nostram Concessionem et Confirmationem audeat infringere, vel ei ausu temerario contraire. Quod qui facere praesumpserit, grauem nostrae Maestatis indignationem se nouerit incurrisse. In cuius rei testimonium praesens scriptum nostrae Maestatis Sigillo duximus roborandum.

Signum Dni. Rudolphi Romanorum Regis iniustissimi.  
Datum V L M A E XVI. Kalend. Maii (d. 16. April.)  
Anno Dni. MCCLXXIV. Indictione secunda, Regni  
vero nostri Anno primo.

III. RUDOLPHI Rom. Reg. generalis Confirmatio  
omnium Iurum ac priuilegiorum Ciuitati V L M A E  
concessorum de A. 1274.

RUDOLPHVS Dei gratia Romanorum Rex semper Au-  
gustus. Vniuersitatis Imperii Romani fidelibus praesentes  
Letteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Vni-  
uersi-

ueritatis vestrae notitiae declaramus, quod nos vniuersita  
Priuilegia, Liberrates, et Iura a diue recordationis  
Imperatoribus, et Regibus Romanis nostris praede-  
cessoribus, dilectis Ciuiis nostris in V L M A tradita,  
ac a nobis postmodum de consueta regalis benignitatis  
munificentia innouata, seu confirmata ac etiam, quae  
de novo eisdem ex praerogativa specialis favoris et  
gratiae concessimus, ipsis volumus illibata feruare, et  
perpetua roboris subsistere firmitate. Nolentes ea a quo-  
quam nostrorum fidelium in suorum articulo partium  
aliquo violari, et super hoc praesentum dantes testimoni-  
um literarum. Datum Hagenovae pridie Idus Augusti (d. 12  
August.) Indictione secunda Regni nostri Anno primo.

IV. RVDOLPHI I. Rom. Reg. priuileg. de non-euo-  
cando, Ciuitatibus Imperialibus, Turicensi spe-  
ciatim, concessum de A. 1274.

**R**VDOLPHVS Dei gratia Romanorum Rex semper Augu-  
stus. Vniuersis Rom. Imperii fidelibus gratiam suam et  
omne bonum. Volentes dilectos Ciues nostros Thuri-  
censes ac omnes alias Ciuitates nobis et Imperio ad-  
tinentes hac gratiae praerogativa gaudere, ut nullus  
extra huiusmodi ciuitates super quacunque cauilla in  
iudicium enocetur, sed si quis contra Ciues dilectorum  
locorum aliquid babuerit actionis, coram Judice Ciui-  
tatis actione proposita recipiat, quod est iustum: singulis  
ac vniuersis nostris officialibus, Iudicibus et fidelibus da-  
mus praesentibus in mandatis, ne contra praesentis no-  
stri Decreti tenorem Ciues praedictos extra suam Ciui-  
tatem super quacunque causa audeant euocare, in Ciui-  
tibus singulis de Ciubis singulis iustitiam recepturi.

Datum Hagenouie XII. Cal. Octobris (d. 20. Sept.)  
Indictione sexta. Regni nostri anno primo.







X-2396279





DISSE<sup>T</sup>ATI<sup>O</sup> IN AVG<sup>V</sup>RALIS  
OBSERVATIONES  
DE  
CIVITATIBVS IMPERIALIBVS  
SPECIATIM  
V L M A  
S V B  
RVDOLPHO I. ROM. REGE  
EXHIBENS  
QVAM  
ILLVSTRIS IVRE CONSVLTORVM ORDINIS  
AVCTORITATE  
PRO  
SVMMIS IN VTROQUE IVRE HONORIBVS  
CAPESSENDIS  
AD D. XXVII. AVG<sup>V</sup>STI MDCCCLXXIV  
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS  
PUBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI  
S V B MITTIT  
AVCTOR  
IOANNES HENRICVS PRIESER  
VLMANVS  
ILLVSTR. REIPUBLICAE PATRIAE CONSILIARIVS DESIGNATIVS  
ET SOCIETAT. DVCAL. TEVTON. HELMSTAD.  
COLLEGA HONORARIIVS.

HELMSTADII  
LITTERIS VIDVAE F. D. SCHNORRII, ACAD. TYPOGR.

